



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus VII. De Bello, & de aliquibus restitutionibus propter illud. Atque  
de prohibitione, ne Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint exercitibus. Et  
de potestate, aut iurisdictione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

## TRACTATUS SEPTIMVS

DE BELLO.

ET DE ALIQVIBVS RESTITVTIONIBVS  
propter illud. Atque de prohibitione nè Clerici, Episcopi, &  
Cardinales præsent Exercitibus. Et de potestate, aut Iurisdictione  
Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij, Generalis Exercitus  
etiam agitur.

## RESOLVTIO PRIMA.

Quis possit indicere Bellum offensiuum? Ex part. 6.  
tract. 4. Resol. 1.

§. i. **S**UPPONO contra Erasmm &  
Lutherum bellum esse iustum &  
licitum, seruatis tamen aliquibus  
conditionibus. Prima legitima  
auctoritas. Secunda iusta causa  
& titulus bellandi. Circa igitur  
conditiones in hoc tractatu selectiora notabimus bre-  
uiter & resolutorie more nostro maximè ad praxim  
spectantia.

2. Dico igitur solùm penes eos, qui in causis ciui-  
libus & criminalibus superiorem non recognoscunt,  
potestatem indicendi bellum residere. Hi autem sunt  
Papa, Imperator, Rex, Respublica, Potentatus,  
qui non habent superiorem in temporali iurisdictione,  
qui omnes lites ciuiles in suo dominio terminant ab-  
sque appellacione ad alium Principem. Tales sunt  
aliqui Itali potentatus, quamuis per feudum Impera-  
tori subiecti: feudum enim non obest supremæ po-  
testati temporali: Rex enim Hispaniæ feudatarius est  
Pontifici Romano in Neapolitano Regno, qui tamen  
est Hispaniæ supremus Dominus. Notat etiam ex  
Victoria & Caetano Molina *de iust. tom. 1. tractat.*  
*2. dispnt. 100.* cum belli indicendi auctoritas à iure  
humano ac sententiâ magna ex parte pendeat, consue-  
tudinem præscriptam posse tribuere eam auctoritatem  
Ciuitatibus, aut Magnatibus, qui superiorem agnos-  
cunt: imò Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12.* Becanus  
*in 2. 2. cap. 25. question. 1. numer. 3.* & idem Mo-  
lina ex Victoria obseruat necessitatem posse aliquando  
conferre auctoritatem belli mouendi iis, qui al-  
teri sunt subiecti. Si namque in eodem Regno ciuitas  
vna alteram oppugnet, grauèque iniurias illi inferat  
aut Dux vnus alteri Duci, Rexque requisitus negli-  
geret, aut non auderet iniurias illatas vindicare, posset  
ciuitas, aut Dux, qui iniuriam esset passus, non solùm  
se defendere, sed etiam bellum inferre & animadu-  
tere in hostes, occidereque malefactores, quando ita  
necessè esset, vt ab iniurijs inferendis se continerent.

3. Sed hanc doctrinam non esse tutam putat Co-  
ninch *dispnt. 31. de bello, dub. 3. numer. 61.* in  
casu quo vna Ciuitas alteri quidem grauem iniuriam,  
quæque esset iusta causa belli, intulisset, & requisita  
nollet pro ea satisfacere, nullum tamen in post-  
erum esset periculum, ne vterius vllam vim inferret. Quia  
alias sequeretur quemuis priuatum, aut saltem Pa-

tremfamilias, quoties ob negligentiam aut corrup-  
tam iudicium, non posset per hos suum ius præ-  
tium clarum obtinere, posse id sibi armis vindicare.  
Quod aperte videtur absurdum: nam facile daretur  
vni, qui lite ceci disset, occasionem ita sua repetendi,  
quoties vi pelleret, seque in eo excusandi, quod iudice  
pecunia corrupti contra se iudicasset.

4. Vnde sententiam Molina ego libenter admi-  
terem quando Ciuitas illa in posterum timeret etiam  
nouas alias iniurias & calamitates. Probat: quia  
homo priuatus armis potest alium præoccupare, à  
quo timet sibi graue & iniustum damnum, vt om-  
nes fatentur; ergo & vna Ciuitas: quia omnia ei  
licita repulsa vis. Princeps autem mihi non potest  
adimere ius naturale inculpatæ tutelæ: idè autem  
refugiendum est ad Principem; vt ipse prouideat  
mihi inferatur vis; at ubi non prouidet, potest qui-  
cunque eam repulsa, siue ciuitas, siue ciuis.

5. Non desinam tamen hoc in loco adnotare H.  
M. vol. 2. *dispnt. 169. sect. 2. §. 20.* & Petrum  
Lorca in 2. 2. *quæst. 40. art. 1. sect. 3. dispnt. 50. num.*  
*12.* docere, quòd si ageretur de recuperanda præda  
semel auecta, & Princeps ex metu, & impotentia,  
vel negligentia nollet efficere, vt restitueretur ob-  
repta, tunc ciuitas tenetur patienter ferre illatam iniuriam.  
Et tandem vnum superest admonendum, nempe  
quando persona Ecclesiastica supremum dominium  
temporale alicuius Reipublicæ obtinet, ad eam spe-  
ctare auctoritatem mouendi bellum, siue illud per se  
siue per alium, iuxta ea quæ inferius dicenda sunt,  
debeat exercere. Summus autem Pontifex non so-  
lùm tanquam Princeps Patrimonij Diui Petri, Ter-  
rarumque in Ecclesiæ bonis contentarum, mouere  
potest bellum, non secus ac alij Principes tempora-  
les; sed etiam pro potestate, quam in omnes Laicos  
potestates ad finem supernaturalem habet, potest vel  
bellum mouere, vel facultatem illud mouendi alijs  
concedere, oblata iusta aliqua occasione ac causa. Sed  
ex his oritur necessaria & pulchra quaestio.

## RESOL. II.

An Papa in aliquo casu possit prohibere, ne Prin-  
cipes Christiani inter se pugnent? Ex part. 6. tract.  
4. Resol. 2.

AD hoc dubium respondet Hurtadus de Mend. vol. 2. disput. 169. section. 2. §. 23. ubi sic ait. Pontifex Romanus potest per interdium precipere Principi Christiano, ne cum alio Christiano bellū gerat potestque ab illo deterere per excommunicationem. Ita ille.

2. Idem etiam docet Coninch disput. 37. de bello dub. 4. num. 7. 2. Valentia tom. 3. disput. 3. question. 16. punct. 2. Lorca in 2. 2. sect. 4. disput. 53. n. 1. Castrus Palaus tom. 1. tractat. 6. disput. 5. punct. 2. num. 6. & punct. 3. num. 18. Suarez de charitate, disp. 18. sect. 2. fine. Sed licet hæc doctrina vera sit: tamen non ordinariæ, sed cum magna circumspectione in praxi deducenda est. vt ex Molina aduertit Villalobos in sum. tom. 2. tract. 5. diffin. 4. n. 7. ubi sic ait. Quando fuisse la guerra entre Principes Christianos, y conuiniessal bien espiritual; podria el Papa meterse en ello, y definir y compeler por censuras, o por otro camino al rebelde: aunque no conuendria, que se hiziesse esso de ordinario, porque el Principe contra quien se sentenciassse, cobraria odio contra el Pontifice, pensando que lo hauiá hecho por passion. Ita ille.

3. In casu tamen necessario debent Pontifices nihil timere, & suam auctoritatem interponere, nec ad carnem & sanguinem respicere: non enim pro bono Ecclesie expedit, vt Principes ratione status, & ex dubiis, & aliquando fictis titulis bellum gerant, & totam Christianitatem conturbent.

RESOL. III.

Qua sunt causa iusta inferendi bellum? Ex part. 6. tract. 4. Resol. 3.

§. 1. **M**ltæ sunt causæ iustæ bellum indicendi, quas enumerat Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. cap. 5. punct. 3. n. 3. Becanus in 2. 2. c. 25. quest. 1. num. 4. Coninch disput. 37. de Bello. dub. 2. num. 50. & 51. Reginaldus tom. 2. lib. 21. c. 8. à num. 94. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. n. 5. Bonacina tom. 2. disput. 2. de rest. q. ult. sect. 1. punct. ult. §. 2. n. 7. & alij.

1. Prima vt subditi rebelles ad obedientiam redigantur.

2. Secunda vt recuperetur Prouincia aut Ciuitas Principi, aut Republicæ alicui iure debita, quam recuperare boni communis multum interfit.

3. Tertia, ad vindicandam grauem contumeliam Principi, vel Republicæ illatam; cuius rei exemplum habes 2. Regum. 10.

4. Quarta, vt vltio sumatur de gente, vel Principe, qui hosti iniustum bellum gerenti auxilium præbet; quo iure Romani multas prouincias sibi subegerunt, & in veteri Testamento exemplum habetur 2. Regum cap. 8.

5. Quinta, vt repellantur ij, qui iniuste prohibent, ne nocentes puniantur: quos puniri Republicæ multum interest: exemplum habes c. 20. Iudic.

6. Sexta, vt animaduertatur in eos, qui cum Principe, vel Republica in initum foedus violant, non sine graui damno, iniuria aut dedecore illius; cuius rei exemplum habetur 4. Regum 3.

7. Septima, vt impetrentur ea, quæ iure gentium permilla sunt, & per iniuriam denegantur: cuiusmodi est v. g. transitus sine mora, & sine nocumento ex vna Regione in alteram; sicuti habetur in cap. ult. 23. q. 2. Eoque sensu Cæsar dixit: *Arma tenenti omnia dat, qui iusta negat.* Et de hac quæstione inferius latè tractabimus.

8. Octaua, vt sociis auxilium iustum afferatur: quod si verò ab hostibus infestantur auxiliarij, tunc Tom. VII.

& ipsi ius acquirunt per se bellum inferendi Adversariis: qua item ratione a Romanis imperium amplificatum fuisse testatur Victor. num. 17. eiusdemque rei exemplum habemus Genes. 14.

10. Nona, si populi subiecti Idololatræ sint, iusta erit causa eos bello persequendi: vel si in hæresim aut infidelitatem lapsi alios secum trahant, atque ita dissensionem in Regno, vel Prouincia excitent. Idemque dici debet, si Rex, vel subditi vnus Regni à vera fide deficientes subditos vicini Regni in eandem defensionem pertrahere conentur, iustam causam habet Rex vicinus bello se defendendi, & illatam iniuriam vindicandi.

11. Non desinam etiam hie adnotare barbariam ineptam ad Politicam esse iustam causam belli; quia bellum in tali casu est illis per se vile ad omnia.

12. Dices non posse fieri malum, vt eueniat bonum: bellum autem est malum, nisi honestetur culpa illud patientis: at non est culpa digna bello barbaries, nec voluntas in ea perseverandi, vt non est causa belli voluntas non admittendi fidem: Ergo, &c. Hoc argumento multi huic parti aduertantur, quos moneo bellum non idèd honestari: quia ij qui resistunt sunt imbuendi; nec enim vtilitas belli est per se in hoc sensu, sed per accidens, qui enim resistunt, non possunt bello subiugari, quia beneficia non sunt inuito conferenda per vim. At in illorum Republica sunt multi, qui nec resistunt, nec possunt: quia vel sunt infantes, vel inermes; quibus iniuriam faciunt, qui resistunt; quia eos priuant tam aperto beneficio: igitur ad hos donandos Magistris est per se vile bellum, quod per se domat resistentes Iniustè. Et ita docet Hurtadus de Mendoza vol. 2. disput. 169. sect. 5. §. 49.

13. Et hanc opinionem probabilem putat Lorca in 2. 2. disput. 32. num. 12. Et mihi placet: nam hæc subiectio & coactio in magnam eorum vilitatem ac bonum cedit, & magnum charitatis obsequium illis impendit; sicut pupillo aut prodigo, qui sua præuè administrat, constituendo tutorem: de his enim dixit Aristoteles 3. & 4. cap. 1. Politicorum, esse natura feruos, & vile esse eis seruire. Nec vt iustè subiciantur, requiritur iurisdicctio, sed ipsa charitas & humana amicitia & beneficentia conferit ius: ita tamen vt non subiciantur seruituti despoticæ, quia hoc iniustum est, cum sint natura liberi, sed solum politicæ. Hac autem causa bellum mouere potest is cui primò occurrat & supetat facultas, & authoritas Summi Pontificis multum iuuabit, tanquam indicentis & mandantis opus pietatis.

RESOL. IV.

An detur bellum ex vtraque parte iustum? Et an aliquando bellantes non peccent, quia ex ignorantia inuincibili procedunt? Et notatur, quod supradicta ignorantia facilius habet locum in subditis, & militibus. Ex part. 6. tr. 4. Resolut. 24.

§. 1. **A**ffirmatiuè videtur respondendum: quia sæpè oppugnans & oppugnatus non peccant belligerando, eò quod vterque probabiliter credit sibi Regnum pertinere: ergo ex parte vtriusque est iustus titulus. Secundò, oppugnans Ciuitatem potest interficere innocentes, si alia via non potest illam subicere: at innocentes possunt se ab oppugnatione defendere. Item condemnatus ad mortem ob delictum falsò probatum potest resistere executioni sententiæ:

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 18. §. Sic, post mediū & §. vlt. in tom. 5. tr. 1. ex lata doctrina Ref. 31. si-gnanter in §. Ne dicas tertio, sed le-

ge eam per totam, sententia: Ergo, &c. Item captivus ius habet fugiendi; & dominus ius detinendi. Et eadem est ratio de reo in carcerem detulso, qui ius habet fugiendi; cum tamen iudex habeat ius illum detinendi, & puniendi, si fugerit. Datur ergo titulus bellandi iustus ex utraque parte, iustumque bellum etiam nulla intercedente ignorantia. Et ita hanc sententiam tenet Alciatus in *Paradoxis lib. 2.º. ult. sequutus Fulgofium in leg. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.*

2. Sed contrariam sententiam & merito docet Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 2.* Becanus *in 2. 2. cap. 2. §. 7.* Lorca *in 2. 2. disp. 5. 3. num. 15.* Reginaldus *tom. 2. lib. 2. 1. cap. 8. n. 98.* Villalobos *in summa tom. 2. tract. 5. difficult. 5. num. 1.* vbi sic ait. [ *No se puede dar guerra iusta por ambas partes, que sea material y formalmente iusta; aunque bien podría ser formalmente iusta por ambas partes, por auer ignorancia de parte de la vna. La primera parte d'esta resolucion es clara: porque los enemigos son contrarios, y es necessario que tengan contrarios derechos, y assi de fuerza sera el vno iusto, y el otro iniusto. La segunda parte tambien es cierta; porque aunque el derecho de vno sea iusto, puede el otro ignorar con ignorancia inuincible esta iniusticia, y pensar que tiene derecho iusto, y aun creo, que acontese esso muchas vezes; porque los Letrados inclinan mucho al gusto de los Reyes, por lo qual con ignorancia tienen por iusto lo que no lo es. Ita ille & alij communiter.*

3. Dicendum est igitur aliquando bellantes non peccare, quia ex ignorantia inuincibili procedunt; non tamen sequitur ex hoc ex utraque parte dari iustum bellum; sed ex vna parte dari, & in alia præsumi; & ratione talis præsumptionis potest ille actus ad virtutem iustitiae pertinere.

4. Nota tamen quod supra dicta ignorantia facilius habet locum in subditis & militibus, qui causam belli tanto examine discutere non tenentur.

## RESOL. V.

*An Princeps dubius de iustitia belli possit bellum mouere?*

*Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubitet de possessione Regni, habet tamen maiorem propensionem; vt Regnum sit v.g. Regis Gallie, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni?* Ex part. 4. tract. 3. Resolut. 50.

§. 1. **A**D hoc dubium ita respondet Syluius *in 2. 2. D. Thomæ, quest. 40. art. 1. queritur quarto, concl. 2. §. 4.* Quando post diligentem inquisitionem dubitatur de iustitia belli, si agitur de causa iniuriæ, non licet bellum mouere, quia in dubiis tanti momenti vbi de multorum hominum mortibus periculum est, oportet eligere partem tutiorem; si de causa possessionis, ille qui possidet non tenetur cedere, neque illi iuste moueri potest bellum, partim quia in dubiis melior est conditio possidentis, partim quia si res ageretur coram iudice, nunquam in re dubia iudex spoliaret possessorem. Vnde si stante illo dubio is, qui possidet, spoliaretur ab altero, posset isti alteri bellum mouere ad recuperandum id quod perdidit, quia per iniuriam est ei ablatum. Obseruandum autem, quod ille, qui in dubio possidet, teneatur non solum examinare negotium cum suis, sed etiam admittere Legatos alterius partis ad illud examinandum; quod si recuset, iniuriam ipsi facit, eoque nomine potest bello inferri. Si verò res, de qua dubium est, neutra parte

possideatur, non licet inferre bellum pro habenda re tota, quia est contra aequitatem, vt vbi uterque habet equale ius, alteri totum adiudicetur; licet tamen pro habenda medietate vel iusta compensatione, si alter nollet pacifice consentire, quia omnino diuidenda est, vel ex æquo componenda. Et eadem, si in dubio is, qui non possidet, videatur habere plus iuris, potest compensationem petere ab illo, qui possidet; quam si dare nolit, potest ab illo impeti, quando negotium tanti est momenti, vt iudicio prudentum expediat illud terminari etiam per armata Syluius, vir quidem doctus. Sed quid dicendum in casu si Rex, licet dubitet, habet tamen maiorem propensionem vt Regnum sit, v.g. Regis Gallie, an, inquam, in tali casu debeat restituere saltem partem Regni. Affirmatiuè respondet Sanchez, Valentia & Rodriguez; sed merito illos reprobatur Granada *in 2. 2. D. Thomæ, contr. 3. tract. 12. disp. 4. sect. 3. §. 3. num. 24.* quia licet sit maior propensio in id, quod Regnum sit Regis Gallie, adhuc manet verum dubium, ac proinde non elicitur determinatè assertio affirmans Regnum esse Regis Gallie, cætera rationes videbis apud dictam Granadam.

## RESOL. VI.

*An qui bellum iniustum bona fide gessit, cogitur restituere omnia damna, quæ intulit?* Ex p. 6. tr. 4. Ref. 30.

§. 1. **R**espondet & bene Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, sect. 3. disp. 55. num. 4.* Quod qui hoc modo ignoranter damnum iniustum bellando intulit, teneatur ad restitutionem eorum dumtaxat, quæ aduersariorum erant, & apud ipsum in specie permanent, vel in virtute, quia ex eis ditior factus est. A cæterorum verò restitutione excusatur; quia bona fide, & ignorantia inuincibili liberatur ab obligatione restitutionis, quæ oritur ex iniusta acceptione vel latrocinio; & solum tenetur obligatione, quæ oritur ex re accepta; quæ solum viget, quando res permanet in se aut in virtute.

## RESOL. VII.

*An si Princeps inferat bellum ex iusta causa sine certa intentione, bellum sit iniustum?* Ex part. 6. tract. 4. Resol. 4.

§. 1. **A**liqui asserunt in bello inferendo rectam intentionem requiri: vt patet ex cap. quod culpatur 23. question. 1. Tunc autem adest recta intentio, quando bellum suscipitur ob bonum commune, ob pacem, &c. Sed ista conditio non est necessaria, vt ea deficiente bellum dicatur iniustum, indubitanter obligacionem restituendi: neque enim iudex, qui animo vindictæ punit iuxta leges delinquentem, iniustitiam committit, esto contra charitatem factus: talis ergo finis ad honestatem actionis operantis, sed non ad iustitiam belli, pertinet. Et ita docet Bonacina *de restit. disp. 2. quest. ult. sect. 1. punct. vltim.* §. 2. num. 6. vbi citat Molinam, Rodriguez, Villanacium, Valentiam, Sazum, quibus adde Casttrum Palaum *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 1. num. 4. & Cochinch. disp. 3. 1. de bello, dub. 1. num. 18.*

## RESOL. VIII.

An Princeps habens iustam causam inferendi bellum, si ex illo tamen in perniciem Regnorum maxima damna timerentur, possit adhuc illud indicare?

Et an in tali casu Princeps teneatur ad restitutionem?

Et an illicite moueatur bellum, si minima adsit spes victoriae, vel an requiratur moralis certitudo victoriae, ut bellum possit indicere? Ex p. 6. tr. 4. Res.

§. 1. **R**espondeo negativè: & idèd Villalobos in *Summa*, tom. 2. tract. 5. diffcult. 4. numer. 3. sic ait. *Aduersus que podrá acontocer alguna vez que dando guerra iusta al enemigo, sea iniusto el Principe con su propia Republica, y es quando viene à ser maior el daño que su Republica recibe à arbitrio de hombre prudente, que el provecho, como aconteco tambien en los pleytor. Ita ille. Et ante illum Molina de iustitia, tom. 1. tract. 2. disputat. 102. ubi ita asserit. Illud etiam est animaduertendum Principem in Bello inferendo non minus posse esse iniustam aduersus suam Rempubliam, quam aduersus alienam, cui illud inferre parat. Eaque de causa non solum illi esse attendendum, an habeat iustam belli causam aduersus alienam Rempubliam: sed etiam an iustus sit aduersus suam eiusmodi bellum mouendo. Enim si prudentis arbitrio, tale bellum futurum est in detrimentum maximum suae Republicae, quia vires non habeat ad superandū, vel quia cum modico suae Republicae, bonique communis emolumento, subditos suos maximis periculis & detrimentis exponet redditus publicos in eo insulfmet, Rempubliam nouis tributis & exactionibus grauabit, &c. sane culpa erit lethalis contra iustitiam aduersus suam Rempubliam eiusmodi bellum suscipere. Hæc Molina. Quæ vtinam à Consiliariis Principum perpendenterent: nam licet à principio ex aliqua iusta causa forsitan bellum fuisset licitè indicium; tamen post multos annos ad pacem res redactæ populi & regna exhausta & euerfa penitus inveniuntur: Vnde magis expediens fuisse pro Republica bellum non incipere, quam etiam cum victoria illud determinare. Vnde Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 3. num. 18. docet bellum esse illicitum, & contra iustitiam etiam stante iusta causa bellandi, si damna, quæ ex bello sequuntur Republicæ præualeant vilitati victoriae speratæ. Et ideo idem Palaus loco citato num. 1. Valentia tom. 3. disputat. 3. quest. 16. punct. 2. & alii docet ad bellum iuste inferendum non sufficere omnem iniuriam; sed quæ vel absolute vel ob aliquas circūstantias sit vel maior, vel certè non minor, quam damna, quæ solet bellum afferre. Et à fortiori ex suprascriptis sequitur reuocandè adnotasse Coninch. *disput. 31. de bello, dub. 4. num. 73.* & alios illicitè moueri bellum, si minima subit spes victoriae. Vnde Caietanus in 2. 2. quest. 96. art. 4. affirmat requiri moralem certitudinem victoriae, ut bellum possit indicere. Sed Palaus tom. 1. tractat. 6. disputat. 5. punct. 3. numer. 17. docet sufficere certitudinem probabilem. Suarez verò disputat. 31. de obsequitate, sect. 4. in fine, putat omnia pensanda esse, & videndum, an spes victoriae præualeat damnis quæ timeantur: nam si spes præualeat, tentari bellum poreit, sin minus, cessandum, à bello.*

2. Sed an in tali casu Princeps teneatur ad restitutionem, non concordant Doctores, & idèd apud

Tom. VII.

ponam hic verba Petri Lorca in 2. 2. *Diu Thomae, sect. 3. disput. 53. num. 8.* ubi sic ait. Dubium est, verum si Princeps inferat bellum ex causa iusta, & seruatis aliis conditionibus, imprudenter tamen, quia pro statu rerum moraliter certum est plus damni & detrimentorum suæ Republicæ, & subditis vel aliis euenturum, quam futura sit bñi utilitas, incurrat obligationem reparandi ea damna, quæ suis vel aliis proueniunt: Victoria numer. 33. & Molina *disputat. 102.* indicare videntur, hunc Principem teneri debito restitutionis. Sed non assentior. Quoniam in eo casu Princeps tenetur à bello desistere: non obligatione iustitiæ, sed charitatis quatenus tenetur minus bonum suum postponere maiori bono alterius; charitas autem non inducit restitutionis debitum. Ita Lorca.

## RESOL. IX.

An post inchoatum bellum, si alius Princeps offerat condignam satisfactionem, bellum adhuc proseguere quis possit? Ex punct. 6. tract. 4. Res. 8.

§. 1. **P**rima opinio affirmat. Ita Bañez in 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 8. & Caietanus in *Summa verb. Bellum*, quia post bellum inceptum inimici non sunt in statu satisfaciendi, sed satisfaciendi. Et hanc sententiam probabilem existimat Emanuel Sa *verb. Bellum, numer. 9.* & Villalobos in *Summa*, tom. 2. tract. 5. diffcult. 4. n. 5. ubi sic ait. *Otros dicen y muy prouablemente, que quando esta comenzada la guerra, y ay muertes de ambas partes, no esta obligado el Principe à aceptar la satisfacion del enemigo; sino que puede proseguir la guerra. Assi lo tiene Caietano, y dize Bañez, que es lo mas prouable. El fundamento es, porque el que de la guerra iusta, ya es juez respecto de su contrario, en defecto de superior, y el juez no esta obligado à aceptar la satisfacion del reo. Ita Villalobos.*

2. Secunda opinio negat, ita Suarez, Molina, Valentia, & Coninch, quos citat & sequitur Castrus Palaus tom. 1. tr. 6. disput. 5. punct. 3. n. 14. Quibus adde Reginaldum tom. 2. l. 21. cap. 8. n. 101. Et ratio est quia, vt supra ex Diuo Augustino probatum est, bellum non voluntate, sed necessitate suscipitur sed cum debita satisfactio offeratur, cessat omnis necessitas bellandi. Ergo contra iustitiam peccas, si tunc bellum prosequaris. Aduerto tamen sub debita satisfactioe comprehendere, vt non solum tibi reddantur omnia illa quæ tua sunt, sed etiam soluantur expensæ in bello factæ, & pericula & molestiæ, quibus te & tuos exposuisti, & iniuriæ factæ compensentur. Quia cum ad hæc omnia ius habeas, omnia hæc compensari debent; priusquam tenearis à bello cessare. Et insuper petere potes, quicquid in posterum tibi necessarium est, vt securè viuas, & pacem obtineas, quia hic est præcipuus belli scopus. Et hanc sententiam docet etiam Becanus in 2. 2. cap. 25. q. 9. n. 4.

3. Mihi verò placet opinio distinguentium. Aut enim ait Lorca in 2. 2. *Diu Thomae disp. 57. n. 12.* agitur de sola recuperatione possessionis, & tunc non dubito oblata possessione, & compensatione sumptuum, ex iustitia debitum esse à bello desistere: quia ex iustitia nihil amplius bello peti poterat, quam quod sine bello offerretur. Aut agitur de vindicatione iniuriæ; & tunc nõ inuenio obligationem iustitiæ, quæ constringat à bello cessare satisfactioe contempta; quia iniuria iuste merebatur pœnâ belli, & idèd inferendo bellum, nihil contra iustitiam agitur: relaxare autem penam debitam

K K 2

debitam non iustitiae, sed misericordiae est; & in priuatis iudiciis & iniuriis fas est iudici & Actori exequi poenam iustam, etiam si reus offerat æquiualentem satisfactionem.

3. Sed audiamus etiam distinctionem Duallij in 2. 2. tract. de charitate, quest. 16. art. 4. ubi sic ait. Debent duo tempora in quibus offerri potest ista satisfactio, distingui: vnum in medio conflictu, siue praelio, quando Princeps in manibus suis victoriam quasi tenet; & tunc non tenetur Princeps oblatam satisfactionem, licet condignissimam acceptare: habet enim in manibus victoriam, & bellum iam penè confectum est, & ita sunt intelligendi Caietanus & Bañes. Aliud tempus est, quando nondum est inita vicima pugna: & tunc quia res sunt adhuc ex vtraque parte in integro, si quidem incerti sunt bellorum exitus, tenetur Princeps conditiones iustas pacis, vt satisfactiones acceptare, nec sanguinem humanum in tali casu profusioni exponere: siquidem continuatio belli eiusdem est rationis, ac indictio & susceptio belli: cum autem bellum suscipi non debeat, quando reus, seu persona, quæ damnum intulit, condignam reparationem offert, sic neque continuari debet, quando condigna satisfactio offertur.

## RESOL. X.

Quam satisfactionem possit Princeps in bello petere?  
Ex p. 6. tr. 4. Ref. 22.

§. 1. **R**espondet ex Syluestro Duallius in 2. 2. *Diui Thoma tract. de charitate art. 4.* quod potest ipse Princeps, Primò petere ea omnia, quæ ablata sunt, vel etiam vltata. Secundò omnes expensas, quas occasione iniuriæ illatæ fecit. Tertio potest aliquid exigi in poenam iniuriæ illatæ, vt si verbis contumeliosis Principem ipsum prosciderit, hæc verba contumeliosa omninò damnet, & improbet, dicens se hæc in parte malè & detractoriè loquutum esse: vel si sit aliud damnum, potest in poenam Princeps ipse tributum aliquod exigere: postremò potest etiam petere quidquid ad pacem, & securitatem impo-  
sterum necesse erit: hic enim est finis belli præcipuus: bella enim suscipiuntur, vt exinde pax oriatur.

2. Nec etiam deseram hic apponere verba Coninch *disp. 31. de Bello dub. 7. num. 209.* ubi sic ait. Obtena iam victoria, ac hoste debellato, per se loquendo ea licent, quæ necessaria sunt ad plenam satisfactionem pro iniuriis ac damnis acceptis, ac impensis factis toto belli tempore, item pro pace ac securitate in posterum stabilenda. Qualia sunt priuare victos etiam innocentes suis bonis; aut etiam aliquos libertate, si non sint Christiani: quatenus hoc ad dictos fines necessarium est. Item extruere in eorum terris munitiones, ac præsidia imponere: item imperare iis tributa & similia. His adde; cum victor iam hostes sibi subiecerit, obtinere respectu illorum absolute personam iudicis, atque posse eos secundum merita punire etiam morte. In his tamen omnibus, quantum fieri potest, oportet victorem esse memorem Christianæ clementiæ, tum in spoliatione bonorum, ac libertatis, præsertim innocentium, tum etiam in occisione nocentium. Hinc quando multi ex victis sunt meriti mortem; etsi eos sine vera iniustitia possit omnes occidere, hoc tamen communiter saperet crudelitatem, ac esset grauiter reprehensibile: nisi in particulari aliquo casu putaretur ad fines aliquos maximi momenti esse necessarium, vt si illi non possent tutò in custodiis seruari; & dimissi crederentur omnia turbaturi. Alias aliquibus aut nocentioribus, aut forte delectis priuatis, reliquis parcen-

dum; ita saltem vt poena mortis in minorem mutetur.

## RESOL. XI.

Si cum consensu Principis vassallus magnam inferat iniuriam in alium Principem qui tamen omnem iniuriæ satisfactionem respiceret, nisi illius auctoritate ad eum morte plectendum sibi daretur, quod aliter Princeps negaret, an inquam, in tali casu bellum contra eum iuste indicere possit? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 6.

§. 1. **D**E hac quæstione curiositatis causa à quibusdam interrogatus fui occasione cuiusdam casus in praxi, vt ferebatur, occurrentis. Exaffirmatiuè videtur respondendum. Primò, quia laesus in casu est verus & directus iudex læotis: ergo habet absolute ius, vt morte puniat; nec tenetur aliam satisfactionem recipere: & idè potest alium Principem belle cogere, vt permittat ius suum in iniuriantem exequi. Hinc Bañes in 2. 2. quest. 42. artic. 1. dub. conclus. 4. aserit Principem iniuriam passum esse directum iudicem illam inferentis. Vide etiam *Locum disput. 49. num. 6. disput. 52. num. 3. & disput. 53. numer. 13.* Vnde ex his in *lib. Iudicium, cap. 20.* Iustitie iuste bellum indixerunt Beniamitis, quia noluerunt tradere necandos Gabanonitas reos maximi federis. Bellum enim est actus vindictiue iustitiæ; ergo dicendum est bellantem non solum reparationem sui honoris, & securitatem in futurum intendere posse; sed etiam dubitam poenam iniuriantibus infligere.

2. Verùm ego tunc adduxi Coninch, *disp. 31. de Bello, dub. 2. num. 29. & sequent.* contrariam sententiam tenentem: quia Princeps, qui passus est iniuriam, non est superior eius, qui intulit, vt ab abuersariis supponitur. Ergo non potest illum proprie punire, & consequenter non potest ad hoc prætextu consequendum illi bellum indicare: nam alias sequeretur regem aut eius nobiles, quando iniurias alii Regi intulerunt, licet aliam iustam satisfactionem offerrent, nihilominus teneri se ipsos offerre necandos alteri Regi id petenti; sed hoc dicere videtur absurdum. Ergo, &c.

3. Ad exemplum Israelitarum dicendum est illi intendisse Beniamitas punire, tanquam sibi subiectos, quia cum omnes tribus constituerent vnum populum, singulae erant reliquæ communitati subiectæ. Non nego tamen primam sententiam esse probabilem, quam tuetur Castr. *Palasus tom. 1. tract. 6. disp. punct. 3. n. 15.* & ante illum Molinæ *in 1. 1. art. 2. disp. 103.* ubi inter alia sic ait. Quando verò aliqui in particulari digni essent morte propter iniuriam oblatam, esto de numero eorum esset Princeps Reipublicæ, aduersus quam bellum geritur, non crederetur peccare contra iustitiam, si desistere non vellet à bello, nisi offerrentur, qui digni sunt morte, aut fugituro, nisi offerrentur, qui digni sunt morte, aut fugituro. Hinc si in Reipublica: & cum in reliquis competens satisfactio offerretur, integrum ius ei relinquendum interficiendi malefactores illos, ubicumque deprehendere eos potuisset. Peccaret tamen contra ciuitatem, si postulante id recta ratione, & bono vtilitate Reipublicæ non acceptaret competentem satisfactionem oblatam in rebus aliis.

4. Hoc secundum ex se est manifestum. Primum verò inde mihi persuadere, quod Princeps aut Reipublicæ quæ superiorem non habet, non per accidens, sed per se habet ius vindicandi iniurias sibi, aut illas; Reipublicæ ab alieno Principe aut Reipublica

illatas: & quando aliqui propter iniuriam illatam digni sunt, qui capite pleclantur, non tenetur de iustitia acceptare compensationem aliam, sed exigere potest eam penam non fecus ac quando tuus subditus dignus est morte, etiam potest illum in penam interficere; si ille aliam aequalem, aut etiam maiorem compensationem in bonis externis offerat. Hucvisque Molina, quem etiam sequitur Becanus in 2. 2. c. 25. q. 9. concl. 1. num. 3.

## RESOL. XII.

An aliquando licitè possit negari transitus Militum pro bello inferendo alicui Principi? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 5.

§. 1. **S**upra diximus esse causam iustam inferendi bellum denegationem eorum, quæ iure gentium omnibus videtur licere; qualis est transitus necessarius per alienas terras: hic enim si absque iusta causa denegatur, præbet sufficientem causam bellandi, ut manifestè probatur in cap. notandum 23. q. 2. Sed difficultas est, an aliquando licitè à Principibus talis transitus denegatur?

2. Et respondeo affirmatiuè: nam in tali casu transeuntes omnem securitatem facere tenentur, aliàs iuste poterit illis transitus denegari: unde sæpè armatis denegatur; quia ferè semper periculum potest timeri: ergo Principes non tenentur talem transitum concedere. Et ita docet Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 3. num. 3. & Copinch. disput. 31. de bello, dub. 2. num. 51.

## RESOL. XIII.

An si princeps impediatur mercaturam, peregrinationem, navigationem, transitum, &c. per sua Regna Civibus alterius Regni, possint alij Principes iuste contra illum bellum indicere? Et quid, si negetur Exercitii transitus? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 74.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docuit vir doctissimus Franciscus Victoria in relectione de Indis Insularis, part. 2. in princ. & hoc iusto titulo asserit Hispanos potuisse debellare Indos, & eorum regiones possidere. Ratio est, quia iure gentium hæc omnia videntur deberi Verùm adversus hæc sententiam insurgunt communiter Doctores, ut Molina de iust. tom. 1. tract. 2. disputatione 105. §. Ve nobis contrarium, Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disputatione 5. punct. 3. num. 4. Coninch. in 2. 2. disputatione 31. dub. 2. numero 52. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 5. diff. 4. numer. 9. vbi sic ait. Una cosa justa pone Victoria y es, que por derecho de las gentes puede uno andar en provincias efranas sin danno de los moradores, negociando en ellas, llevando las cosas que les faltan y comprando de las que tienen abundancia a portar a sus puertos, aponecharse de los rios y pescar en ellos, buscar Margaritas y poder canar en los campos comunes para buscar oro y cosas semejantes, y que si esto quitassen seria justa cosa de la guerra, mas yo soi de parecer contrario, porque estas cosas en tanto son comunes de derecho de las gentes en quanto no se prohiben, mas assi como vn particular adquiere dominio de su heredad, tambien vna Republica le adquiere de las dichas cosas, y por justas cosas

Tom. VII.

podrian prohibirlas a los forasteros no teniendo esfremá o grave necesidad, y assi no podria haver por esto justa cosa de guerra. Sic ille. Igitur nullo iure probari potest tale commercium extero deberi præcipuè cum Princeps causam habere possit denegandi supradicta externis. Item, v. g. cum ius piscandi in fluminibus margaritas, vel in mari corallia sint propria illi populo, cuius sunt illa littora, aut flumina, nulla est causa cur teneatur id cum aliis communicare, aut si id aliquibus communicetur, cur teneatur id omnibus communicare, nec enim ex eo quòd aliquibus aliquid gratia impendatur, vilo modo sequitur me teneri id omnibus æqualiter impendere, præsertim cum ille populus sæpè possit habere iustas causas, cur nolit vili externo quidquam ex his concedere, aut cur aliqua concedat aliquibus, & aliis neget.

2. His tamen non obstantibus inuenio nouissimè sententiam Victoria, docere Petrum Lorcam in 2. 2. D. Thom. questione 4. articul. 1. sect. 3. disput. 52. numero 7. vbi sic asserit. Querunt aliqui an sit iusta causa indicendi bellum, si Princeps aliquis negaret negotiationem & mercaturam in portibus, vel ciuitatibus alienæ regionis, peregrinationem, hospitium & rerum usum, quæ iure gentium indigenis & aduenis communia sunt, quales sunt aquæ fluminum, & alia quæ nulli sunt propria, & denique de institutione habitationis, & coloniarum in aliena prouincia? Victoria opinatur, pro his posse iniuriatum bellum si iniuste negetur. Iniuste autem negantur, quando negantur iis, qui absque aliquo nocimento possidentium ea expectant, quoniam hæc omnia iure gentium concessa sunt omnibus, si sint innoxia, neque in aliquo differunt à transitu per alienam Prouinciam. Unde inferit propter hanc causam potuisse Hispanos inferre bellum Barbaris Indiarum. Alij hoc impugnant, sed non sufficientibus argumentis. Existimo igitur hanc causam posse iustificare bellum, an verò ea occurrerit Hispanis, ut iusto titulo potuerint debellare Indos, & eorum regiones possidere, non decerno, est enim quæstio facti, non iuris. Hæc omnia Lorca loco cit. sed præter hanc causam alias etiam habuisse Hispanos debellandi Indos existimo.

3. Nota tamen quòd supradicti Doctores omnes conveniunt, quòd si negetur exercitui transitus, qui absque negantis detrimento exigitur, posse Principem adversus alium Principem bellum mouere, vnde Num. 21. præcepit Dominus, ut filij Israël pugnarent contra Seon, & Og Reges impediennes transitum eorum, & ideo in cap. notandum, 23. questione 2. sic habetur. Notandum quomodo iusta bella gerantur à filiis Israël contra Amorihæos, innoxius enim transitus negabatur, qui iure æquissimo humanæ societati patere debebat. Sic ibi. Sed nota quòd eiusmodi transitus armatis sæpè iuste negatur, nisi præstent sufficientem cautionem, eum fore omnino innoxium, ut nouissimè aduertit Coninch. loco citato.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alio §. eius.

## RESOL. XIV.

An licitè possit inferri bellum infidelibus propter solam infidelitatem, maxime ex licentia Papa?

Et quid, si non permittant in suis Regnis Prædicatores Fidei?

Et an non possit Papa conflare Exercitium ex Clericis, Ecclesiasticis viris ad compescendum

K x 3 dum

quum Infidelem, nisi alia timerentur in Ecclesia damna?

Et an potestas impetendi Principem Infidelem, sit penes Reges, & Regna, vel penes Papam tantum?

Et an possint Ecclesia, & Principes Christiani mittere Prædicatores cum Exercitu ad prædicandum Infidelibus? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 15.

1. Pro affirmatiua sententia pugnat mordicus Hostiensis in cap. quod super, de voto, & pro negativa Innocentius etiam in dicta cap. & Solorzanos de Indiarum iure lib. 2. cap. 11. num. 1. putat utramque sententiam problematice sustineri posse; & ideo ipse sibi respondet ad omnia argumenta, & Marta de iuris, part. 1. cap. 24. asserit, Scriptores Christianos non debere sententiam Ostiensis veneno afficere. Vide etiam Petrum Malfertium apud Mandellum lib. 4. consil. 769.

2. Ego vero negatiuæ sententiæ adhareo. Dico igitur. Ob solam infidelitatem non posse aliquem bellum indicere infidelibus; neque eos priuare dominio bonorum suorum. Vide Molinam tom. 1. disp. 105. & 106. Coninch. disp. 31. de bello dub. 2. num. 54. Castrum Paluum tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 3. n. 7. & alios.

3. Notandum est tamen; quòd licet hæc opinio sit amplectenda; illa non obstat Ecclesia habet ius ad arma mouenda in infideles, si vi & armis iter occludant Prædicatores fidei.

4. Dico igitur primò. Infideles non permitentes in suis Regnis Prædicatores fidei, posse iuste ab Ecclesia debellari. Vide Fagund. in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 33. n. 20.

5. Dico secundò. Non posse Papam conflare exercitum ex Clericis, & Ecclesiasticis viris ad compellendum infidelem; nisi alias timerentur in Ecclesia damna; sed hoc munus esse seculari Principi mandandum: quia est alienum institutum à Clerico & Religioso arma mouere.

6. Dico tertio. Potestatem impetendi Principem infidelem non esse penes Reges aut Reges, sed penes Papam. Potest quidem Rex, dum Pontificem consulat cogere Paganum, ne Regno Prædicatores interdicit, sicut quilibet potest innocentem tueri. In quo sensu Aragonem accipio art. 8. dub. 3. Corollario 1. & 3. At verò regni inuestitura, & ius ad illud suo adiungendum, aut alicui donandum; non est nisi penes Pontificem Romanum; quod crudite probat Pater Suarez disp. 18. sect. 1. n. 7. Probatur primò exemplo Regum atque Pontificum: Castellanus & Lusitanus præfingente limites Alexandro VII. partiti sunt Indorum oppugnationem; idque constat ex historiis antiquioribus. Vide Fagundez ubi supra.

7. Probatur secundò à priori: quia nullibi Regis est ius directè aut indirectè in aliorum regna; directè: res est clara; sunt enim plerique infideles verè domini suorum Regnorum; neque indirectè, quia hoc ius oritur indirectè ex iure directo prædicandi Euangelium, sed hoc ius non est Regi seculari: ergo nec ius indirectum spectat ad eum.

8. Probatur tertio, Quia in ea esset occasio Principes fideles turbandi; multi enim specie religionis impetent infidelium Prouincias, & contenderent de illarum oppugnatione, & in Ecclesiæ filios verterentur, arma, quæ essent mouenda in hostes. Item vicinus infidelium sibi timeret, ne fidelis Princeps potentior infideli propè accederet ad suas Prouincias, eaq; inuaderet. Quapropter oportuit, vt ad vnum caput hæc iura disponenda reuocarentur. Et hæc omnia docet Hurt. de Mend. volum. 1. disp. 75. sect. 1. §. 3. per modum 43.

9. Qui etiam postea in §. 15. docet, non posse Prædicatores mittere cum exercitu ad prædicandum: nec eo titulo posse Principes fideles erigere munitiones in Prouinciis infidelium; sed expectandum est, qua ratione ipsi Prædicatores excipiunt. Et rationem adducit. Quia Euangelium non alia ratione est prædicandum, quam à Christo præceptum est: sed hæc ratio prædicandi est contra rationem à Christo præceptam: ergo, &c. Minor probatur ex cap. 1. Matthæi. Vbi Christus mittens Apostolos ad prædicandum, eos mittit non solum exarmatos præsidio militum, sed etiam inermes, non imperatoria ratione minitantes populis ferum & ignem; sed agnorum more inter lupos, quorum vngues non femel essent expurturi. Nec verò illa præcepta fuerunt de missione prima in Paganos, Israeliticos; sed etiam de secunda in orbem, vt contra Hæreticos, & nonnullos parum consideratos Catholicos, docet ex S. Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & aliis Pater Maldonatus obseruat in Matth. cap. 10. v. 9. Præfatum. Ecce ego mitto vos, sicut agnos in medio lupoꝝ, accipienda sunt aut solùm, aut possimum de secunda missione: quia Apostoli in ea prima missione non lupos experti; sed amicos concius: à quibus discessere gloriantes: nec tunc traditi sunt à parentibus, nec damnati à Regibus.

10. Sed, vt verum fatear contra Hortadum, placet mihi affirmatiua sententia P. Suarez de christianis disputat. 18. section. 1. num. 8. Solorzani de Indiarum iure lib. 2. cap. 18. num. 11. & sequent. & aliorum penes ipsum asserentium posse hostie Principes Christianos ad conuertendos Barbaros mittere Prædicatores cum sufficienti exercitu, non vt bellum inferant, sed vt Prædicatores securi incendant, turri claque & arces munitas in terminis Prouinciarum infidelium construere, vt facilius & securius aditus, & carnis delibus pateat: dummodò tamen prius tales infideles blandè & pacifice de audienda & recipienda prædicatione moueantur. Quod si tenuerint, an debellari possint paulò \* infra videbimus.

## RESOL. XV.

An licitum sit inferre bellum Infidelibus committentibus Idololatriam, & violentias iura naturæ, maxime si accedat auctoritas Summi Pontificis? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 16.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Castrum Paluum tom. 2. tractat. 6. disp. 5. punct. 3. num. 7. qui citat Bonacinam, Molinam, Valentiam, Coninch. & Suarez, quibus adde Villalobos in summ. tom. 2. tract. 5. difficult. 4. n. 14. vbi sic ait. La verdad es que estos pecados non son causa bastante para dar guerra justa. El fundamento es, que para castigar no ha de ser superior suyo el que le castiga. o a de haer recuendo agrauio del que en tal caso es juez suyo, no ha de ser superior, y ninguna de estas razones se halla a qui y assi como el Rey de España no tiene a su cargo el castigar semejantes delitos en las naciones, que no le estan sujetas, lo mismo se ha de dezir a qui. Yo es, si el lugar del Deuteronomio citado: porque alli temieron los hijos de Israel especial y expreso mandado de Dios, que es Señor universal de todo, y quiso castigar aquellas gentes por sus delitos: lo qual no pueden hazer los Principes, sino es que sean sus súbditos. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Caietanus in 2. 2. q. 66. art. 8. & Banez etiam in 2. 2. q. 10. art. 10. Turrianus tom. 1. in 2. 2. disp. 32. dub. 2. Sotus in 4. dist. 5. q. 1. art. 10. & alij.

2. Sed non desunt Doctores affirmatiuæ sententiæ adherentes.



adherentes, vt Innocentius in c. quod super, de vot. n. 4. & 9. & ibi Ancharanus & Abbas: idem Ancharanus & Boichus in c. gaudemus de dimortis. Zabarella in Clement. 1. de testib. num. 6. Syluester verb. Iudaeus num. 4. verb. infidelitas quest. 8. & 9. & verb. papa quest. 7. Armilla verb. infidelitas, Tabiena eod. verb. num. 32. & 33. Maior in 2. sentent. distinct. 44. quest. 3. & in 4. distinct. 15. quest. 4. art. 1. Mastrillus de Magistr. lib. 1. cap. 9. num. 10. & alij. Quorum sententiam probabilem putat Ioannes Solorzans de Indiarum iure lib. 2. cap. 15. num. 16. vbi sic asserit. Superest vt de tertio membro dicamus, scilicet de peccatis, quae ab istis Indis passim perpetrari probauimus, Deum verum non colentes, nec cognoscentes, & fœdis suis ac spurcis moribus omnia naturalis iuris præcepta turbantes, & transgredientes. Et in hoc quamuis auctores, vt vidimus, maximo perè digladiantur: satis probabilem censo Innocentij, & sequentium opinionem, qui propter hæc crimina puniri & debellari posse à Christianis Principibus de licentia Summi Pontificis tradunt, si moniti ab illis non desistant: quod tenuit, & latè contra Victoriam defendere conatus fuit insignis noster Gregorius Lupus in l. 2. tit. 2. part. 2. gloss. magn. column. 6. vers. ego verò, dicens hanc sententiam esse communem omnium Canonistarum & Legistarum, & aliquorum Theologorum. Et adeo certum esse concludit Martha in tract. de iurisdictione 1. part. cap. 24. vt piaculum dicat de ea dubitare, & Masquardus in tract. de Iudæis & infidelibus 3. p. c. 1. n. 39. vbi apertè inquit, quòd non peccarent Hispani, qui punierunt Indos delinquentes contra naturam. Hucvlque Solorzans.

3. Nota tamen, quòd idem Solorzans hanc sententiam affirmatiuam absolute tenet sub quadam distinctione, quam etiam admittit Azorius lib. 8. in hinc. Moral. cap. 24. q. 9. & eam sequens, & transiens Frater Thomas à Iesu de procuranda omnium gentium salute lib. 5. dub. 4. pag. 207. dicentes, quòd licet infideles iuste puniri nequeant, vbi id ius nature non seruant, quòd debitum Deo cultu & honorem tribuendum præscribit. Si tamen illud aliud ius eiusdem naturæ dissoluant, percurrant, & negligant, quòd cuique homini reddendum, quòd suum est, iubet, & aliis non fieri, quòd nobis fieri nolle-mus, tunc iure optimo puniri possent; vt si furta, latrocinia, adulteria, homicidia, falsa testimonia, incestus, supra aut ipsi perpetrarent, aut liberam facultatem huiusmodi mala perpetrandi concederent, vel passim in subditis sine vlla pœna ac supplicio permitterent. His etenim legibus naturæ violatis planè consequitur, vt innocentiis multis damnis; incommotis & malis afficiantur, communique humanæ Reipublicæ salus, pax & tranquillitas in tuto consistere nequeat. Pro quibus defendendis licitum est vi & armis aduersus quoslibet infideles certare.

4. Verum quicquid sit de his opinionibus: de quibus ad partes nouissimè agit Fagundes in præcepta Decalogi omnino videndus tom. 1. lib. 1. c. 33. à n. 28. si non solum Idololatria in infidelibus reperitur, sed sæua quoque & effœnata tyannis; humana carnis ingluuies, & cruenta, & execranda innocentium sacrificia, quæ quidem olim Indi, vtplurimum frequentabant: tunc veriorè & probabiliorè eorum sententiam existimo, qui ob has iniurias, & oppressiones tollendas, bellum aduersus omnes infideles permittunt: quamuis nobis subiecti non sint, & procul possint auxilium nostrum non exigant, & sua sorte contenti viuere dicantur. Et ita docet Molina tom. 1. tr. 2. disput. 106. Banez in 2. 2. quest. 10. articulo. 10. Victoria de Relect. 2. de Indis, num. 15. & Idèd Hurt. de Mend. volum. 1. disput. 7. sect. 1. §. 12. sic ait. Quod obicitur de Regibus Hispanis, & ob exterorum in-

videntiam. Conquisitus est novus orbis, cuius ipocle non homines, sed fera videbantur, Reges per tyrannidem passim suos occidere, & immolare Diis; nec ex humano more, sed ferino administrare Regna; quibus de causis posse eos illis priuari nullus negat; opprimunt enim infontes, & sunt Regno perniciosi, nō saluti; priuatos autem Indos nullus priuauit bonis, nisi ob delicta: quòd si Regij, Ministri per iniustitiam aliquid faciunt, puniuntur à Rege, cum deprehenduntur: quia verò Atabalua Rex Peruanorum non repugnauit Prædicationi, eius neptis Illustrissima Marchionissa Oropissa nomine Colæ apud ipsos Regiam sonante, iure contendit damnorum compensationem, quæ à Philippo III. est facta: quæ visa est ex Christiana lege esse satis. Ita Hurtad.

## RESOL. XVI.

An sit iustus titulus bellandi, si infideles nolint excipere Prædicatores Fidei, sed illos occidant, & liberum transitum in aliis Prouincijs ad prædicandum denegent?

Et de alijs septem casibus agitur, pro quibus licitum est infidelibus inferre bellum. Ex part. 6. tractat. 4. Resol. 17.

§. 1. **R**espondet affirmatiuè: nam licet infideles nec mediatè, nec immediatè possint cogi, vt fidem & Baptismum suscipiant, vt supra diximus: vbi tamen coactio ad hoc non dirigitur, sed eo tantum tendit, vt infideles ipsam fidem sibi à Catholicis Prædicatoribus annūciandam & proponendam, quietis & attentis animis, atque auribus audiant; & seriuè de ea recipienda, vel respuenda deliberent, nostrisque hoc tam vile & salutare commercium eorum illos exercere volentes; tunc & fido hospitio recipiant, vel liberum transitum ad alias prouincias concedant, in quibus Euangelium annūciare, & propagare desiderant; frequentissima & verissima est omnium ferè Theologorum & Iurisperitorum opinio, quæ docet talem coactionem licitam esse: atque aded iure optimo posse his de causis infidelibus bellum inferri, qui proteruè fidem audire recusant, vel eiusmodi pias & laudabiles expeditiones impediunt: dum tamen priusquam ad illud deueniatur, omnia alia media tententur, quæ ad munus Apostolorum Apostolicè & pacificè obeundum concurrere poterint.

2. Et idèd Victoria in Relect. 1. de Indis à num. 36. & in Relect. 2. à num. 1. vsque ad 12. concludit Indos & quoslibet infideles ad fidem audiendam teneri, ac proinde à peccato mortali non excusari; si rogati & admoniti, vt audiant pacificè loquentes de rebus spectantibus ad Religionem, ac de ea maturè deliberent id facere nollent: quia tenentur, inquit, saltem audire, & consultare; etsi hoc impediatur, & Hispanos inter se ad commercia & prædicationem non admittant: neque aliter Religionis negotium procurari valeat, hic titulus iustissimus est ad eos debellandos & conquirendos, terrisque ac prouincijs eorum occupandas, novos dominos creandos & antiquos deponendos, & reliqua alia iura belli profèquenda, quæ in alijs bellis iustis licitè fieri possent.

3. Hinc Seraphinus Freitas de iusto Imperio Africano, cap. 9. num. 6. & 7. licet infidelium debellationem non omninò probet, ob id tantum, quòd fidem audire recusent: bene tamen admittit, quòd si nobis prædicationem impediunt, aut alios volentes illam audire, & forsan fidem suscipere ad nos accedere prohibent, nec sinerent Prædicatores loqui

K x 4 verbum

Sup. in Ref. quæ hic est prima post præter tam, a §. Qui etiam.

verbum Dei sine vi ac fraude volentibus audire iure possemus eorum violentiam etiam armis propulsare; & bello si opus esset, illato acriter coercere; quia omnino semper manet ius integrum Ecclesie ad prædicandum in quolibet Regno, & defendendum innocentes, ut sic dicam, id est, particulares personas, quæ voluerint audire verbum, & ita nulla sit in tali casu coactio ad audiendam fidem, sed solum ad non impediendam Evangelij prædicationem, nec eos, qui voluntarie illud audire voluerint.

4. Dicendum est igitur cum Bañez in 2. 2. q. 10. articulo 10. Infideles iure compelli, ne vilo modo Christi fidem impediatur. Et ex hoc sequi, quod si Nuncius Evangelij perveniat ad externas & barbaras nationes, & impediatur prædicare populis à Principibus illarum nationum: tunc potest Princeps Christianus, ut Minister Pontificis, debellare illos Principes, ne impediatur Prædicatore: hoc enim non est compellere ad audiendum, sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum ius habentes, quosdam verò, quia ius habent ad audiendum, si velint.

Vide etiam Molin. tom. 1. tract. 2. disput. 105. Salarium in 2. 2. tom. 1. tract. de Dominio quest. 3. articulo 1. & alios quos citat & sequitur eruditissimus Solorzanus de Indiarum iure lib. 2. cap. 20. per totum.

5. Et ad confirmationem omnium supradictorum, non desinam hic etiam apponere verba Reginaldi tom. 2. lib. 21. cap. 8. num. 94. ubi sic ait. Sex sunt casus, quibus licitum est inferre bellum infidelibus, non quidem ob solam infidelitatem, sed ob aliquam circumstantiam ei annexam. Primus est, quando infideles possident terras, quæ olim erant Christianorum; quo titulo Christiani inferunt bellum Turcis. Secundus, quando infideles inferunt iniurias Christianis, ut ipsi Turcæ solent. Tertius, quando adducant Christianos à vera Religione, quæ causa assignatur in Deuteronomio locis citatis. Quartus, quando infideles impediunt liberam prædicationem Evangelij. Potest enim tunc illis inferri bellum auctoritate Ecclesie, quæ cum à Christo potestatem acceperit prædicandi Evangelium per totum orbem Terrarum *Matth. ultim. & Marc. ultim.* is qui prædicationem huiusmodi impedit, inferat Ecclesie iniuriam, quam bello propulsare potest. Qua de re pluribus Victoria *Relect. de Indis sect. 3. n. 9. & aliquot sequent.* Qua in re immorari non est necessarium ad nostrum institutum. Quintus casus, quando infideles, qui Principi Christiano subfunt, leges ipsis ab eo præscriptas legi naturæ consentaneas observare nolunt. Sextus, quando Princeps infidelis nulli fidei subditis committit peccata, quæ non tantum sunt contra Deum, sed etiam contra proximum. Tunc enim Princeps Christianus potest ei bellum indidere, si admonitus nolit desistere. Hucque Reginaldus.

## RESOL. XVII.

An licite indicatur bellum Infidelibus ex titulo donationis obtenta à Pontifice de eorum Provinciis? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 18.

§. 1. **N**egativam sententiam mordicus tenet novissime Ioannes Gryphanius *tract. de infidelibus, cap. 24. num. 59. & sequent.* qui invehitur in donationem factam ab Alexandro sexto Regibus nostris Hispaniarum de orbe novo. Probat hanc suam sententiam: quia si illæ insulæ erant occupatæ, & suis cultoribus inhabitatæ, non poterat ipsis dominium,

imperium, ac libertas, aliæque quæ habentur in eis, non præcedente ratione aliqua, sine insigni iniuria adimi, *leg. id quod nostrum, de regul. iur. supra c. 22.* quia donatio de alieno esset *leg. 14. Cod. de donationibus.* quæ furti speciem sapit. *Gloss. in leg. 1. Cod. de adversus venditorem, leg. si pignori, de iur. cap. 1. 14. quest. 5. per tot.* Quod in proverbium transit de alieno corio latas corrigias facere. *Neuz. lib. 1. Sylanap. num. 128.* Multò minus ex aliena iniuria aliquid deducunt est. Ne quod detur quidem, gratum esse debent potest; quod cum qui det, ubi vellet ablatum esse sciat, ait *Livius lib. 5. Decad. 5. in fine.* Qui enim nocent aliis, ut in alios liberales sint, in eadem iniuria iustitia, ut in suam rem aliena convertant. *Cicero 1. Officior. num. 9.* Ipse Papa in *cap. 26. extra de decore, talem constituit regulam, quod nulli liceat aliena concedere præter domini voluntatem. Eodem ego ipse quoque uti de buera argument leg. 1. quod quisque iuris.* Et pati legem, quam ipse tulit, iuxta *distichon Catonis approbatum in cap. cum emas de constitutionibus. Speculator titulus de Advocat. §. 4. numer. 5.* Ut taceamus quòd tota conclusio falso præsupposito nititur: quia Pontifex dominium cuiusmodi non habet, nec unquam habuit. Hucque Gryphanius.

2. Sed omnino reiiciendus est, & dictum ius in insulis Indiarum, quod ex largitione Pontificis habet Augustissimus Rex noster, firmant individualementer Malfertius apud Mandellum *consil. 769. volum. 1.* Ginefius Sepalueda in *Apolog. pro Indiarum concessione.* Camillos Borrellus de *Præst. Regul. Carol. cap. 46. num. 224.* Martha de *iurisdic. Centur. 1. cap. 24. n. 31.* Paramus de *Orig. Inquisit. lib. 3. quest. 1. numer. 247.* & alij, quos citat & sequitur Solorzanus de *Indiarum iur. lib. 2. cap. 23. num. 68. & sequent.* Ad illum & non pigebit: in quo etiam invenies solutionem argumentorum, quæ superius pro contraria sententia adducit Gryphanius.

3. Dicendum est igitur cum Anastasio Germonio *lib. 3. de sacror. immunit. capit. 3. num. 29.* Francisco Vargas de *auctoritate Pontific. consil. 10. num. 5. & 6.* & aliis; Summum Pontificem, non modò Civitates, Provincias, & Regna, quæ antea Christianam Religionem profitebantur, & deinde fuerunt ab infidelibus usurpatæ, posse, cui libuerit indubitante concedere, uti recuperet, suæque faciat: sed ea etiam adicere posse, quæ Christianorum nunquam fuerunt, ad Christianæ fidei & Evangelij propagationem, & Idololatriæ extirpationem. Et quòd his rationibus motus Alexander VI. amplas istas Indiarum Occidentalium Regiones Catholicis Regibus, Ferdinando & Isabella, eorumque successoribus aduaxit, quæ ex illa acquisitione omnem omnino iurisdictionem, ac omne Imperium earundem Provinciarum sibi iure vendicant; non ipso iure, nec iure belli: sed Romani Pontificis auctoritate, quare iuste dicuntur possidere, *argumento leg. iustè possessi ff. de acquirent. possess. Vide etiam Solorzanum ubi sup. egregie disputantem de potestate Pontificis, & ad omnia contra respondentem.*

## RESOL. XVIII.

An licitum sit indicere bellum Hæreticis propter suam hæresim, nisi ab Ecclesia declarentur Hæretici? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 19.

§. 1. **A**D hoc dubium ita respondet Becanus in 2. 2. cap. 25. quest. 5. Duo spectant potestatem in hæresi. Primum, quòd sit peccatum. Secundò, quòd turbet pacem Ecclesie & Reipublicæ. Hoc potestatem

riori sensus est sufficiens causa belli. Et quidem triplici modo.

1. Primò: si subditi alicuius Regis aut Principis deficiant à fide Catholica, & alios tecum trahant in eandem hæresim; & sic disensionem faciant in Regno vel Prouincia, potest Rex aut Princeps Catholicus bello eos coëcere; si alius coëcendi modus non suppetit. Sic fecit Moyses, quando pars populi commisit idololatriam in adoratione vituli. Nam bello eos aggressus est, & interfecit triginta tria millia hominum.

3. Secundo: si Rex, vel subditi vnus Regni deficiant à fide Catholica, & conentur subditos vicini regni in eandem defectionem pertrahere: potest vicinior Rex bello se defendere, & iniuriam sibi illatam vindicare.

4. Sed magis absolutè loquitur Reginaldus tom. 2. lib. 21. cap. 8. num. 95. vbi docet iustam causam inferendi bellum esse hæresim: nam olim Deus Deuteronomij 13. filiis Israël præcepit. vt Ciuitatem, quæ in tale crimen incurrit, bello deleret; & ita vnuerfi ipsi filij Israël voluerunt bellum inferre filiis Ruben, & Gad, quòd existimassent ipsos recessisse à fide ex cap. 22. Iosue. Hanc etiam causam probant Patres relati 23. quæst. 4. cap. displicet, & multis sequentibus. Ratio verò est, quia Hæresis grauissima damna toti Republicæ adfert. In qua tamen re obseruandum est ordo iuris; nec enim potest hæreticis bellum inferri, nisi ab Ecclesia declarentur hæretici, ex cap. cum secundum leges, de hæreticis in 6. Post declarationem autem potest quicuis Princeps Catholicus suis subditis pro iurisdictione, quam in eos habet, inferre bellum, & bona ipsorum occupare.

RESOL. XIX.

An Hæretici iusto bello capti fiant serui capientium? Et resolutio huius dubij pendet ex illo, an hodie inter Christianos ius captiuitatis cesset?

- Et alia curiosa enucleata inuenies.
- Et an militibus sit concessum ab hostibus emptione, vel donatione accipere bona mobilia aliena?
- Et aliud pulchrum dubium in §. Sed in ordine, huius Resolutionis, explanatum inuenies.
- Et deducitur, quod non potest Hispanus Ecclesiasticos Gallos capere; nec Gallus Ecclesiasticos Hispanos, ac eorum bona abripere.
- Et quid est sentiendum in dicto casu de bonis Mercatorum Ianna à Gallis sublati, &c. Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 1.

§. 1. Resolutio huius dubij pendet ex alio, an hodie inter Christianos ius captiuitatis cesset. Et negatiuam sententiam docet Iuriconsultus Henricus Bocerus tractat. de bello, edit. 3. lib. 1. cap. 1 §. n. 5. vbi sic ait: Etiam liberi homines captiuitate in seruitutem capientium rediguntur, d. l. cum loco, §. 6. ff. de religiosis. l. adeo quidam, §. 7. in princ. ff. de acquirend. rer. dom. §. penult. Iust. de iure personarum, & §. item ea, que ex hostibus. Inst. de rer. diuis. Idque iuri Diuino non solum contrarium non est, sed etiam omninò consentaneum, quippe quo vltus seruorum, & seruitutis permissus est, siue vetus, siue nouum Testamentum spectes, Exod. cap. 21. Leuit. 25. Deuteron. cap. 15. Ephes. cap. 6. Timoth. 1. cap. 6. Tit. c. 2. Coloss. cap. 3. & 4. Galat. cap. 5. Eoque iure in seruitutem rediguntur, qui deuictis hostibus capiuntur. Deuteron. cap. 21. Vnde mirari non satis possum, Doctores, qui tradunt, hodie inter christianos propter charitatem Christianam non esse tolerandam

seruitutem, & proinde, captos ex hostibus de consuetudine, capientium seruos non fieri, Bartol. in d. l. hostes, §. 4. in fin. ff. de capt. & post lim. reuer. Angelus in d. §. item ea num. 2. & 3. Inst. de rer. diuis. Sed obligari eos dumtaxat ad certam quodammodo speciem homagij, seu fidelitatis, secundum diuersos Gentis cuiusque mores, aut soluere ipsos capienti vtriusque quod tantionem, seu firmaniam vocant. Ita ille.

2. Sed mihi placet opinio affirmatiua, quam communiter tenent Doctores, vt amicissimus, & Sapientissimus Caramuel in Theol. mor. l. 2. num. 548. Tannerus tom. 3. disp. 2. quæst. 6. dub. 5. num. 68. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 57. Villalobos in Sum. tomo 2. tract. 5. difficul. 13. num. 2. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 11. Malderus in 2. 2. D. Thomæ, quæst. 40. art. 1. dub. 6. assen. 7. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 4. num. 12. Albericus Gentilis de iure belli lib. 2. cap. 15. Euerhardus vol. 2. conf. 15. num. 15. Ioannes Harprechtus in instir. iust. tom. 2. l. 2. tit. de rerum diuis. & acquis. §. item ea que ex hostibus 27. num. 10. & Angelus num. 2. & 3. Mynsingerus nu. 4. Schneiddey in num. 2. Gilkenius num. 6. quibus etiam adde eruditum Iuriconsultum Hispanum Baltazarem Ayalam de iure, & officiis bellicis lib. 1. cap. 5. num. 19. Alciatum in l. hostes, ff. de verb. signif. Boërium decisi. 178. Demauderium in praxi crimin. cap. 82. num. 7. & 8. Covarruias in cap. peccatum part. 4. de reg. iur. in 6. part. relect. c. 11. num. 6. Quibus omnibus adde Beloldum in Synop. Polit. Doctrin. lib. 2. part. 2. cap. 12. num. 32. Georgium Bechtium tract. de Sen. & sal. condic. cap. 4. num. 88. Fabrum, Cypicium, Galeotam resp. Fiscal. 13. num. 147. nouissimè eruditissimum Nicolaum Veruleum in Politica lib. 4. tit. 10. cap. 12. Itaque hodie inter Christianos propter charitatem Christianam, & quos magis fratres inuicem, quam seruos esse decet, ius captiuitatis, postliminij cessat: ac proinde etiam iustissimo bello capti de consuetudine generali, capientium serui non fiunt.

3. Verùm difficultas est, an hoc priuilegium extendatur ad Hæreticos? & negatiuè respondet Iacobus Granado in D. Thomam 2. 2. contr. 3. tract. 13. disp. 4. sect. 8. num. 72. vbi sic asserit: Dico secundo, licitum est in Bello iusto subicere seruituti innocentes, qui pertinent ad Rempubicam, aduersus quam geritur iustum bellum quia id pertinet ad supplicium, quodd iuste bellans sumere potest de hostibus; non enim solum punire potest in se ipsis, sed etiam in partibus, & bonis suis, quamuis in his culpa non fuerit: excipe tamen si bellum sit Christianorum cum Christianis, tunc enim non fiunt captiui (quod intellige de Christianis Catholicis, non de Hæreticis) licet detineri soleant, donec detur in præmium aliqua pecunia capientibus eos. Ita ille.

4. Sed, pace viri docti ego affirmatiuè sententiæ adhareo, quam tuetur Syllu. in 2. 2. D. Thomæ, q. 40. art. 1. quaritur, 3. concl. 4. Suar. de Charitat. disp. 13. sect. 7. num. 13. Trullench. in Decal. tom. 2. l. 5. c. 2. dub. 5. num. 10. Hurtadus vol. 2. disp. 169. sect. 11. §. 114. & Ioannes Vvigers in D. Thomam 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 5. num. 67. vbi ita ait: Obseruandum est tamen inter Christianos, quasi iure Gentium esse receptum, vt capti bello non efficiantur mancipia, quamuis possint iuste detineri, vt puniantur, si nocentes sint, vel pretio, seu litro redimantur. Priuilegio autem hoc ex consuetudine fruuntur etiam Hæretici, quia saltem aliquo modo Christum, & libertatem per eum nobis datam profitentur: non sic verò fruuntur illi Apostatæ, qui recedunt omninò à professione Christiani nominis, sed ex consuetudine tales bello capti, aut superati, etiam in seruitutinem rediguntur. Ita

Sup. hoc lege doctrinã Ref. & §. not. præteritæ.

Ita ille : Cui adde Bañez in 2.2. *quest. 40. artic. 1. dub. 1. 2. ad 1. argum. Calpeni in Cur. Theol. tom. 2. tractat. 17. disput. 7. sect. 1. numer. 17. Ledefnam in Summa. tom. 2. tract. 3. cap. 13. conclus. 36. Non est igitur audiendus doctus Granado ; licet eius sententiam post hæc scripta inuenio docere etiam Agidium Trullench in Decal. tom. 2. l. 1. cap. 2. dub. 5. num. 10.*

Sup. hoc infra in Ref. 33 § vir. & in to 6. tr. 3. Ref. 156 § 2. Curium in fine & in tom. 8. tr. 7. Ref. 34 § Non deferat à vers. qui rectè.

5. Sed hic obiter quero, an militibus sit concessum ab hostibus estipione, vel donatione accipere bona mobilia aliena? Et affirmatiue respondet Emanuel Sà in *primis editionibus verb. bellum. num.*

4. Cuius sententiam mordicus tenet doctissimus Dicastillo de *iust. lib. 2. tract. 2. disput. 10. dub. 17. § 8. num. 427. ubi ita ait: Putant verò aliqui, hoc privilegium esse concessum tantum militibus hæc bona ab hostibus capientibus; non tamen si emptione, aut donatione accipiant, quia tunc putant debere prioribus dominis restituere. Verum mihi placet quoddam docet Sà loco citato in *primis edition. standum scilicet in hac re consuetudini; solet enim esse consuetudo in locis maritimis, ut id fiat. Hæc Dicastillo.**

6. Sed pace tanti viri, opinio Emanuelis Sà, nunquam mihi placuit, & nominatim contra illum insurgit Caltrus Palauus tom. 1. tract. 6. punct. 4. num. 27. ita asserens: Aduerto, hoc privilegium esse concessum militibus hæc bona ab hostibus eripientibus, non tamen si emptione, aut donatione accipiant, quia tunc debent prioribus dominis restituere: esto contrarium placeat Emanueli Sà loco cit. edit. *Complut.* quod in Romana expunctum est. Hæc Palauus: cui adde Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 5. Balseum in Flor. Theol. v. bellum num. 19. Itaque assero, quod si credatur, dominum non esse recuperaturum rem ab hostibus malè possessam, ut ferè semper contingit, poteris eam ab illis vili pretio emere, ea intentione, ut si dominus comparuerit, illi reddas, quia in hoc nullam illi irrogas iniuriam, sed potius vtiliter eius negotium geris: Quapropter, si ipse postea velit rem sibi reddi, redde tibi debet pretium pro illa datum, tam in foro conscientie, quam exteriori. Tum quia hostis non tenetur de eustione, tum quia nomine ipsius, & ex præsumpta eius voluntate pretium dedisti. Idem est dicendum de iis rebus cultui Diuino dicatis, quas Hæretici vsurpant à Catholicis, & vili pretio vendunt, poteris, inquam, illas emere, ex præsumpta dominorum voluntate: Credendum enim est, dominos Catholicos potius velle, ut vili pretio emanent, & cultui Diuino applicentur, quam quod ab Hæreticis detineantur, & in vsus prophanos infamantur. Et hæc omnia tenent Molina disput. 118. Valquez Opusc. de restit. cap. 9. § 2. dub. 5. num. 28. Bonacina de restit. disput. 2. quest. vltim. section. 1. punct. 12. num. 14. Reginaldus tom. 2. lib. 21. cap. 8. section. 4. num. 117. Granado in 2. 2. controu. 3. tractat. 13. disputat. 4. section. 9. numero 81. Arriaga in curs. Theolog. tom. 5. disput. 58. sect. 4. num. 53. & alij, ubi infra. Verum in fauorem amicissimi Patris Dicastillo, non desinam hic adnotare, eius sententiam, & Emanuelis Sà, tamquam probabilem admittere Tannerum tom. 3. disput. 6. quest. 6. dub. 9. n. 77. in fine, & quidem Doctores circa præsentem materiam multum deserunt consuetudini Vide Hurtadum de Char. vol. 2. disput. 169. section. 12. § 127. in fine. At ego, ut dixi, contrarie sententiae Castri Palai, & aliorum adhareo.

Sup. hoc lege doctum Ref. & 88. no. seq.

7. Sed in ordine ad materiam, de qua dictum est in hac resolutione, dum hæc scribo accidit casus, Plures venerabiles Religiosi Hispani ex inelyta Societate Iesu, & inter illos celebris, & nunquam satis

laudatus Pater Petrus Pimintel veniebant ad Comitia Generalia, Romæ celebranda, super duas naves Ianuentium, & Hamburgentium, quæ aggressæ, & post longum prælium à militibus Gallis capte fuerunt, qui ad Tolonum cum præda reuerfi, per multos dies dictos Religiosos ibi detinuerunt, & omnia, quæ tecum adducebant ab illis abstulerunt, & vt pecuniam inuenirent, impudenter, ac parum modestè eorum corpora exquisierunt. Non defuit aliquis Ecclesiasticus, qui aiseruit, hoc licitè à dictis militibus factum fuisse, quia ardet bellum inter Regem Galliarum, & Hispaniam; sed dicti Patres erant Hispani, ergo Ofsiola, & fugida consequentia! Dico igitur prædictos milites commisisse peccatum furti, & incidisse in Canonem, Si quis Suedenese diabolo, & ad restitutionem bonorum ablatorum teneri. Nam, licet bellum extet inter Galliam, & Hispaniam, non potest Hispanus Ecclesiasticus Gallos capere, ac eorum bona abripere; nec Gallus Ecclesiasticus Hispanos. Et ratio est clara; quia bona Ecclesiasticorum sunt bona innocentiæ, quæ ob deicti maiestatem ecclesiæ pari non possunt: tum quia sunt specialiter dedicata, & à iurisdictione seculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari: tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica ciuili. Ergo propter eius culpam puniri non debent. Sic ex communi sententia docet Valentia 2. 2. disputat. 3. questio. 16. punct. 3. versicula. hic autem, Suarez disputat. 13. de Charitat. section. 7. numer. 24. Cajoch disputat. 31. dub. 7. numer. 118. Bonacina disputat. 2. de restit. quest. vltim. section. 1. punct. 11. § 3. num. 18. Molina disputat. 121. conclus. 7. Filiucius tom. 2. tractat. 29. cap. 9. num. 187. Hurtadus de Mendoza vol. 2. disputat. 169. section. 12. § 127. Petrus Marehant in Tribun. Sacramen. tom. 3. tract. 6. tit. 2. quest. 3. concl. 3. Becanus, de Char. cap. 51. quest. 12. numer. 1. & quest. 12. numer. 6. Syluicus 2. 2. D. Thoma quest. 40. art. 1. quæstio. 6. concl. 4. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer. 11. & 13. Caietanus in 2. 2. D. Thoma quest. 40. art. 1. Calpenis in Cur. Theol. tom. 2. tract. 17. disp. 7. sect. 1. n. 18. Malderus in 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 6. n. 51. Caltrus Palauus tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 4. n. 28. Villalobos in Summ. tom. 2. tr. 5. disp. 11. num. 39. Ioannes Vvigers in 2. 2. D. Thoma 9. 40. art. 1. dub. 5. n. 59. Dicastillus de Iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 6. § 7. n. 402. Balseus verb. bellum, n. 11. & alij præter ipsos.

8. Sed audiamus Patrem Arriaga in Cur. Theol. tom. 5. disput. 48. section. 4. num. 50. sic adferentem: Aduertendum, ab ea regula excipi ordinatæ Ecclesiasticos omnes, quorum bona non possunt auferri compensationis gratia, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicæ in ordine ad illud bellum; neque eorum bona faciunt vnum quid cum bonis Reipublicæ, sed sunt omnino exempta. Ita ille. Vnde Reuerend. Magister Sacri Palatii Pater Candidus tom. 1. disput. 17. art. 8. numer. 2. tanquam certum firmavit, bona Clericorum ex proposito in bello iusto iniuriæ non esse licitum, quia sunt exempta à Iure. Et tandem Theophilus Alarius in Cur. Confessione. lib. 7. verb. bellum, numer. 8. hæc ait: Cuiusmodi in prædam data, omnia bona possunt diripi; sed tunc cauere debent Duces, ne res Ecclesiasticarum personarum diripiatur; non enim sunt membra Reipublicæ, & populi inimici, alioquin tenentur ad restitutionem. Sic ille; qui citat Angelum, verb. bellum numer. 1. Itaque Ecclesiastici, Monachi, & Religiosi Hispani & Galli, quoad bellum inter eorum Reges, non habentur tanquam pars populi; sed tanquam alia pars separata, & exempta: ergo cum fundamentum

tum belli sit iniuria, & supradicti nullam iniuriam contulerint, vt suppono, necessario dicendum est, hostes siue Gallos, siue Hispanos, nec in Ecclesiasticorum personas, nec in bona posse aliquid detrimentum, aut grauiam inferre. Hinc ex Doctores Gallis obferuat Alexander Chaffaneus Parisius lib. 2. *Decretal. tit. 34.* quod in personis Ecclesiasticis pignorationes, & expropriationes, siue vt antiqui Graecorum locuti sunt, *αυτοπροληψιας* prohibet Gregorius X. *in cap. vn. de iniur. in 6.* Quod etiam ex Doctores Hispanis notauit Hurtadus de Mendoza, *vol. 2. disp. 269. sect. 12. §. 127.* vbi sic ait: Bona Ecclesiastica non possunt diripi à Victore: quia iure gentium in honorem Dei sunt immunia. Idem est de bonis personarum Ecclesiasticarum: si verò aliqua ex illis dedit bello causam iniuriam, aut auxilium, eius bona videntur obnoxia praeda; tum in penam dedit, tum in compensationem damni ab ipsa illati; simile enim comperio in *gloss. capit. & si pignorationes, de iniuriis in 6. vers. praeferantur*, vbi martha in Clericum, probatur esse interdicta, nisi ipse sit debitor. Ita Hurtadus.

9. Confirmantur superius dicta ex alia doctrina à me alibi allata ex pluribus Doctores, nempe, etiam Clerici, v. g. Hispani in conflictu belli actu pugnant contra Gallos, ante obtentam victoriam posse bonis expoliari, imò & occidi; sed post partam victoriam, minime: Et ideo apponam hic verba Patris de Ledema in *summa, tomo 2. tractat. 3. cap. 13. conclus. 58.* vbi sic ait: *No es licito matar los bienes de la Iglesia, o de los Clerigos Pruenase de el derecho, en el qual se determina que los tales bienes sean expropiados. Pero ha de advertir, que si los Clerigos actualmente estan peleando, los pueden matar, y despojar: porque entonces los Clerigos se han conuertido en enemigos. Pero alcanzada la victoria no es licito matar los Clerigos, ni despojarlos. Porque el Principe no es juez de los Clerigos; si no es quando estan actualmente peleando.* Ita ille. Cui adde Reuerendiss. Candidum *tom. 1. disquis. 17. art. 9. dub. 2.* Si igitur Clerici non subduntur quoad expolationem bonorum Principi laico, nisi in ipso conflictu belli, quando actu pugnant, bene Deus quo pacto in casu nostro milites Galli poterunt capere, detinere, & expoliare dictos Religiosos, qui Româ ad Capitulum Generale pergebant & qui numquam contra Gallos actu pugnant?

10. Sed omnia superius dicta audiant praefati milites, contra quos iuuehimur, etiam confirmata ab ipsismet Hareticis. Et idè Hugo Grotius de *Iure belli lib. 3. cap. 11. num. 10* sic ait. In hac classe ponendi sunt hi, qui Sacra curant; nam vt hi ab armis abstinent, mos ah antiquo fuit gentium omnium; atque idè vicissim vis in illos temperabatur. Sic Philistaei hostes Iudeorum non nocebant Collegio Prophetae, quod erat Gabz, vt videre est *1. Sam. 10. §. 10.* & sic ad alium locum, vbi simile erat Collegium, tanquam depositum ab omni armorum iniuria, cum Samuele, confugit David, *1. Sam. 19. 18.* Cretenfes, narrat Plutarchus, cum bellis intertinis colliderentur, omnino abstinuisse à Sacerdotibus. Notat Strabo, olim cum tota Graecia armis ferueret, Eleos, vt potè Ioui Sacros, & eorum hospites in alta pace vixisse. Sacerdotibus merito hac in parte aequantur, qui vitæ genus simile elegerunt, vt Monachi, quibus perinde ac Sacerdotibus parci volunt Canones, naturalem aequitatem sequuti. Hæc Grotius Sed quidquid ipse asserat cum omnibus Theologis, in nostro casu Sacerdotes, & Religiosi iniuste & iniuriose capiuntur, detinentur, & expoliantur. Et quidem si Iudex Laicus incidit in ex-

communicationem, si detineat Clericum post delictum commissum ultra 20. vel 24. horas vt ex pluribus firmat Farinacius de *inquis. quest. 8. numero 118.* & à fortiori concedit Caltrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disputat. 1. punct. 6. numero 14.* Quid, quæso, dicendum erit de supradictis militibus, qui non per spatium 24. horarum, sed per multos dies tot viros Religiosos innocuos, & innocentes vinctos detinuerunt: Vnde in Censuram Canonis? *Si quis suadente Diabolo*, incidisse non est dubitandum; primò propter captionem, & detentionem dictorum Patrum iniustam, & violentam, secundò propter ignominiosam actionem, quam circa illos exercuerunt, contrectando immodeste eorum corpora, si forsitan pecuniam absconditam retinerent: Quæ quidem actiones, cum fuerint statui Clericali nimis iniuriosæ, nemo negabit Censuram dicti Canonis induxisse, per ea, quæ præter alios Doctores docet amicissimus Pater Garzias in *Summa Theolog. mor. tractat. 1. diffusit. 3. dub. punct. 2. numero 11. & 13.* vbi sic ait: *Se entiendo aqui por manos violentas qualquier accion iniuriosa, o contumeliosa, hecha contra persona Ecclesiastica, que consista en hecho, o en obra. De à qui es lo primero que incurre en esta censura, el que detiene, o encierra à alguna persona Ecclesiastica en carcel publica, o en lugar particular aora sea en su misma casa, o en agena, en esto, o en aquel aposento, como non pueda salir: esta decidido c. nuper iuncta Glossa, de sent. excom. y es comun sentir de los Doctores.* Ita ille. Et iam hæc omnia milites Gallos fecisse cum dictis Patribus Societatis aperte constat; ergo in Censuram Canonis incidisse non est dubitandum. Nec obstat dicere, quod postea dicti Patres dimissi fuerunt, & solus Pater Petrus Pimentellus detentus, tanquam filius Excellentissimi Comitiss de Beneuento. Nam respondeo, quod fuerunt dimissi post tot iniurias ipsis illatas, & bona ipsorum ablata. Ea detentio Patris Pimentel quo pacto potest iustificari? ergo character Sacerdotalis, & exemptio Ecclesiasticorum, quæ ex Iure Diuino eis competit, non habet idem priuilegium cum filiis Magnatum Hispaniæ, quod habet cum aliis? ergo verba Canonis, *si quis suadente*, non includunt Ecclesiasticos primæ, & eximæ nobilitatis? Sunt nugæ nugarum quæ cogunt nos exclamare, o tempora o mores! optine itaque dixit Zoësius in *Decretales lib. tit. 34. numero 4.* & Balthasar de Ayala de *iure & officijs bellicis, lib. 1. cap. 5. numero 25.* non parentes Ecclesiasticis in bello, in Censuram Canonis incidere. Vide etiam Canisium in *lib. 2. Decret. tit. 24. num. 8.*

11. Sed quid dicendum de bonis mercatorum Ianuæ existeriam? idem quod dictum est de bonis Patrum Societatis? Contra enim iustitiam fuerunt ab ipsis ablata, ergo sub peccato mortali tenentur dicti milites restituere. Quod apertissime probatur. Nam bellum inter Gallos, & Hispanos non abstulit aliis nationibus commercium, cum ipsis de Iure Gentium sit concessum, & proueniens ex his, quæ docet Lorca in *2. 2. D. Thom. quest. 40. articul. 1. sect. 3. disput. 52. num. 7.* Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 3. numero 13.* & alij. Vnde poterant impunè Mercatores Ianuenses, & alij, & cum Gallis, & cum Hispanis Mercatoribus inire contractus, & in eorum Regno peruenire, discedere, seu habitare; Si tamen hoc ipsis interdictum à Gallis, vel Hispanis ex aliqua iusta causa non fuerit, quod non esse prohibitum manifestum est: ergo illicitè dictos milites Gallos bona dictorum mercatorum abstulisse apparet; quia non sunt hostes, nec partes

Reipub

Sup. hoc in  
tom. 9. tr. 2.  
Rel. 112. §.  
vt. ad medi-  
um, à vers.  
Terzio, &  
in Ref. 113.  
per totam &  
signanter §.  
à fin. 5. & in  
Ref. 115 §. 2.  
in fine, & ibi  
in tr. 7. lege  
Ref. 64. à fin.  
& pro igno-  
miniosa ac-  
tione con-  
tenta in tex-  
tibus §. in-  
tom. 5. tr. 2.  
ex Ref. 3. vi-  
de §. Sed-  
proius. &  
leqq.

Reipublicæ Hispanæ, cum qua Gallus bellum gerit: sed sunt Ianuenses, quorum Respublica cum Rege Gallo amicitiam exercet.

\* Sup. his personis in fra in Ref. 27. recitaner & cursum eius §. 1.

12. Confirmatur hæc veritas ex doctrina omnium Theologorum, asserentium quod quando capitur in bello iusto aliqua Civitas, pro hostibus habendi non sunt quoad bonorum directionem \* peregrini mercatores, externi hospites, & quicumque non sunt partes Reipublicæ hostilis, quamvis in terra illius inveniuntur. Ita docet à Victoria *Relect. de Iure belli, Num. 36.* & patet ex *cap. Innocentii, de treuga, & pace;* & ibi præter veteres, ex notericis Canonistis, Canisius, Venatorius, Honorius, Citionius, cum aliis Theologis *vbi supra citatis;* quibus adde Andream Duallium Doctorem Gallum, & Professore Regium in inclita, & celeberrima Academia Sorbonæ in 2. 2. *D. Thome, tract. de Charit. q. 16. art. 5.* ergo à fortiori necessario sequitur, in casu nostro non potuisse milites Gallos disipere bona mercatorum Ianuensium innocentium, & acti Ianuæ habitantium. Sed ego plus addo in fauorem mercatorum Ianuensium, & contra dictos milites Gallos, quod etiam si dictæ naues essent Hispanorum, & adducerent merces Hispanorum, & simul merces Ianuensium, si captæ fuissent à Gallis, non possent isti retinere merces Ianuensium, sed illæ ipsi essent restituendæ. Ita casum decimum inuenio in terminis terminantibus, vt dici solet, à Georgio Braudlâche Iuriscôulto Vvestaphalo in Decade Consultationum post Historiam Pacificationum Austro-Hilpano-Gallicarum, *consult. S. n. 28. fol. mibi 107. vbi sic ait:* Si naus Hispanica (flagrante bello inter Hispaniarum, Galliar Reges) merces partim ad Hilpanos, partim ad Germanos, aliove Gallos non hostes populos, pertinentibus, Oceanum pertransiret, & à Gallis militibus caperetur, merces istæ Germanorum, vel alterius tertii, non cederent Gallis militibus, sed vel Germanis, vel dicto tertio, ad quem pertinent, essent restituendæ. Ita ille. Quamto magis idem in casu nostro dicendum est, in quo naues captæ non Hispanorum, sed Ianuensium erant, & mercimonium tertij innocentis adducebant. Et idè hanc sententiam docet etiam in terminis Hugo Grotius, *de Iure belli, lib. 3. cap. 6. num. 5.* vbi sic asserit: Liqueat & hoc, vt res aliqua, nostra iure belli fiat, requiri vt hostium fuerit: nam quæ res apud hostes quidem sunt, puta in oppidis eorum, aut intra præsidia, sed quorum domini nec hostium sunt subditi, nec hostilis animi, eæ bello acquiri non possunt, vt inter cætera Æschinis dicto iam loco ostenditur, Amphipolim, quæ vrbis esset Atheniensium, Philippi bello in Amphipolitanos, ipsius Philippi non potuisse fieri: nam & ratio deficit, & ius hoc mutandi per vim dominij odiosius est, quam vt produci debeat. Quare quod dici solet, hostiles censeret res in hostium nauibus reperiæ, non ita accipi debet, quasi certa sit Iuris Gentium Lex, sed vt præsumptionem quandam indicet, quæ tamen validis in contrarium probationibus possit elidi. Atque ita in Hollandia nostra iam olim anno 1338, flagrante cum Asiaticis bello frequenti Senatu iudicatum, & ex iudicatio in legem transisse comperi. Hæc Grotius, cui adde nouissimè R. Z. *de Iure Fœdiali p. 2. sect. 8. §. 5.* cuius libellus impressus est Lugduni Batavorum anno 1651. apud Philippum de Croijs. Et ratio horum omnium est; quia vt docet Georgius *vbi supra* & Ayala *de Iure belli lib. 1. cap. 15. num. 15.* vt res aliqua, nostra fiat iure belli, requiritur, eam hostium fuisse; nam quæ res apud hostes quidem sunt, & in eorum nauibus, castris, ciuitatibus, & prædijs inueniuntur, quarum tan en domini hostes ef-

fecti non sunt, illæ per nos bello, & occupatione acquiri non possunt, sed tertio non hosti restitui debent.

13. Dicere autem, quod ex culpa Capitanei Inuentus deventum est ad prælium. Respondet, quidquid sit de hoc nihil officere pro casu nostro; nam eius culpa potuit quidem transferre nos in Gallos circa eius bona, non autem circa bona aliena innocentium, & transferre eorum dominum in alios. Et ratio naturalis dicit, innocuum non esse puniendum ex culpa nocentis. Pena enim debet tenere suos auctores, & delinquentes, vt patet ex l. *Sancimus, C. de penis l. crimen ff. de penis cap. iam itaque quasi. 4. cap. quere. de Cons. dist. 4. cum aliis vulgatis iuribus.* Et hæc omnia superius dicta pro veritate scripsi.

## RESOL. XX.

*An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginitatem deservendam ad tuendam Rempublicam?*  
Et pro firmanda doctrina huius questionis alia in exemplum adducuntur, & inferunt, quod quædam Medicus, Chirurgus, vel alius expertus in hinc, vel alij periculo absque virginitate casu mitterentur, quædam feminarum, & c. tunc est peccatum mortale, & aliud secum. Ex parte 11. tractatu 6. & Misc. 6. Resol. 51.

§. 1. **A**ffirmatiuè Respondet Ioannes Perizonius in *cur. Theol. disputat. 52. quest. 5. c. 1. clus. 4. num. 25.* vbi sic ait: Licet aliquando dicitur interficere innocentem. Hæc videtur esse contra communem sententiam.

2. Probat: quia posset contingere, quod mors ipsius, & ipsimet, & Reipublicæ esset valet necessaria: vt si Tyrannus potens vellet destruere Rempublicam aliquam, quæ resistere non posset nisi mitterent ad ipsum caput alicuius innocentis amputatum: in tali enim casu mors illius innocentis esset necessaria, vt conseruaretur Reipublica & filij ac parentes ipsiusmet innocentis: sed omnino videtur de iure naturali licitum Reipublicæ ipsam in eo casu interficere: & quamvis vita hominis sit sub dominio Dei, tamen non ita, quin sicut posset Reipublica ordinare vt omnes faterentur, vt quæ exponeret se etiam manifesto periculo mortis pro salute Reipublicæ, sic etiam posset in casu præmissio interficere se ipsum. Hinc à fortiori patet, Rempublicam posse tradere innocentem Tyranno, ipsum interficere, cum aliis & ipsi mitterentur, & Rempublicam destrueret, aut redigeret in seruitutem. Quæ est sententia communior. Huc vique Pontius.

3. Sed aliquis posset dicere talem virginitatem exponi periculo proximo consentiendi in copulam, & delectationem, atque idè hoc esset exponere illum ad peccandum, & idè Valle de Moura *opusc. de Ensalme, sect. 2. cap. 17. num. 15.* dicit quod virgens necessitas non facit quod possit exponere se periculo consensus in violationem legis, à qua nulla necessitas excusat, v. g. consensus in fornicationem, vel in hæresim. Quia inquit non potest quis habere propositum efficax obstruendum legem, dubitans an hic, & nunc sit eam obstruendus quia voluntas efficax alienius finis excludit dubium retardans, vel impediens electionem medicam. Et hoc videtur docere Divus Thomas *quæst. 3. art. 9. ad 3. & in 3. distinct. 17. quæst. 3. artic. 3. quæst. 4.*

ad 5. Sotus lib. 5. de iustit. q. 2. art. 5. ad 5. Medina in summ. cap. 3. conf. 2. §. 9. & alij.

4. Respondeo ex urgente necessitate posse aliquem se exponere periculo, & occasione proxima peccandi: sed in nostro casu puella exponeretur periculo peccandi urgente necessitate maxima, videlicet liberatio Patriæ, & tot cædium, & furtorum, ergo. Probatur maior ex verbis Basilij Pontij de matrim.

lib. 5. cap. 35. num. 4. \* vt dicemus in materia de confessione, licet non expellere domo eam sceminam, quæ est occasio peccandi quâdo sine scâdalo eiici non potest, quæ multorum sententia est; & absolui debet poenitens etsi non eiiciat, si alias sit rectè deposita. Secutus est Basilij doctissimum Patrem Henricum Henriquez in summ. lib. 1. de sacram. poenitentia, qui est quartus de sacramentis, cap. 2. 4. numer. 4.

Periculum quod extrinsecè adiacet, & tamen expertus est homo se facile ex fragilitate & incautè peccare dum ad certum locum, vel alicuius societatem accedit. Quod periculum quamvis in generali debeat homo vitare, ab eo tamen cum in se ipso peccatum non sit, sed peccati occasio, excusatur aliquando per impotentiam moralem, quæ occasionem reddit huic homini involuntariam, & non imputabilem aut ob aliam notabilem causam excusatur ne statim vitet occasionem. Et in comment. littera O. huius reddit rationem. Quia impotentia, & difficultas moralis excusatur à voluntario, ac subinde à peccato. Hactenus ibi plures alios auctores me etiam citato adducit, & sequitur Pater Thomas Hurtadus variar. tom. 1. tractat. 1. capit. 2. resolut. 1. quibus ego addo Iacobum à Grassiis de arbitrar. Confessor. vbi sic ait: Quod si poenitens dicat, quod quando tetigit sceminam causam medendi posuit se in probabili periculo pollutionis, respondeat confessarius, an se exposuerit huic periculo absque urgenti causa, & tunc est peccatum mortale, aliàs secus, vt quia erat necessarium mederi, & aliàs non erat Medicus, & propositè firmiter se non consensurum, delectationi. Neque obstat si dicatur, qui amat periculum peribit in illo, Ecclesiast. 3. Nam non dicitur amare periculum, qui necessitate compulsus in illud se coniecit, quia de Diuina misericordia considerare merito potuit fore vt manus sibi auxilium impendat, quo à lapsu caueat. Et postea. Quod si hoc procedit ex tactu ex sui natura illicito, vt in chirurgo verenda sceminæ attrectante, multò magis id procedere dicimus in pollutione præter intentionem subsequuta ex tactu licito, quando tactus ille est necessarius, quia cessat periculum consensus. Enim verò tunc caret culpa, & amplexus iuxta patriæ consuetudinem, quo recluso incidere in notam in vrbani-tatis, ita dixit Thomas Sanchez lib. 9. de debito coniugali disputat. 45. numer. 8. Hæc Grassius. Accedit Emanuel Sà ver. absol. numer. 12. & v. peccatum numer. 7. vbi sic ait. \* Exponere se moraliter peccandi periculo mortale est, nisi causa aliqua excuset, vt proxi-mi salus, aut necessitas aliqua, tunc enim sufficit nolle peccare.

5. Item etiam docet Seraphinus Freyta in addit. nouissimis ad Aengnam de conf. sollicit. tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 19. document. 10. numer. 6. in fine, & Stephanus Baumius in Theolog. moral. Diuus Basilij in constitut. Monast. capit. 4. qui urgente aliqua necessitate, & causa, se periculo obicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen aliàs nollit; non tam dicitur amare periculum, quam inuitus illud subire; & ideo magis prouidebit Deus, ne illo pereat. Dicendum est itaque quod exponere se periculo salutis spiritua-lis amittendæ, quamvis peccatum sit non tamen ex his peccatis est, quæ quauis circumstantia posita, vel detracta suam deformitatem retinent, sed

Tom. VII.

cuius malitia pendet ab his, aut illis circumstantiis. Quare ea expolitio periculi culpa vacabit, quando ex magna fiat, & urgente causa. Tunc enim non est amare periculum, sed amare ingens illud bonum, ad quod sine eo periculo perueniri non potest.

6. Sed his non obstantibus casum supradictum ego non admitto contra Ioannem Pontium vbi supra, maxime si puella traderetur Tyranno pro semper absque spe reditus, & libertatis. Dicendum est itaque cum Lessio de iust. lib. 2. capit. 9. dub. 7. numer. 40. quod in tali casu puella non tenetur ire, vnde nec Respublica potest eam cogere, vel tradere, potest tamen ex vrbe excludere, & non tueri neque enim cum tanto suo damno tenetur illam protegere, vel apud se retinere: & ita hanc sententiam docet etiam Dicastil. de iust. lib. 2. tractat. 2. disputat. 10. dub. 12. num. 142.

8. Verum pro curiosis, & in fauorem Ioannis Pontij non deseram hic obseruare, Ioannem Vvigers de iustitia tract. 2. cap. 2. dub. 3. numer. 87. non approbare in totum supradictam Lessij sententiam, sic enim asserit; Cæterum non eadem hic videtur esse ratio Respublicæ, & virginis, vt scilicet, quod sicuti hæc non tenetur, imò nec potest ire ad Tyrannum, à quo præcise se violandam, ita nec possit Respublica eam mittere, & tradere Tyranno: Declaratur, quia licet nullus debeat, aut licite possit accedere ad locum, vbi nouit sibi imminere morale periculum labendi in peccatum, tamen si iustam habeat causam accedendi ad locum, vbi præter suam intentionem nouit verissimiliter aliquem alium peccaturum ex occasione præsentia illius, non tenebitur idcirco cum suo grauiori incommodo abstinere ab illo loco: & si alter peccet occasione eius, non censetur hic id voluisse, aut ad illum cooperatus fuisse, sed se habuisse ad illud permittitè duntaxat. Quare non videtur quoque Respublica cum suo exitio obligata præcauere illud periculum peccati, virginis, quod præter Respublicæ intentionem eueniet, si in opere consensus eius accedat: quemadmodum & ipsa violatio intentionem, & voluntatem est Respublicæ, quæ tantum intendit se saluam conseruare vrendo iure suo in sistendo talem personam eo loco, vbi eius requiritur præsentia, vt Respublica ab exterminio liberetur. In ipso autem accessu quando virgo inuita ducitur, tunc ipsa non peccat, quia nec in violationem actiuam, neque in eius perpeffionem censetur consentire. Quare videtur, quod assumptum obiectionis negari possit. Tamen explicandæ materiæ gratia per modum inquisitionis veritatis, non omnino per modum assertionis hæc dicta sunt. Huculque Vvigers, idè tu cogita.

RESOL. XXI.

An aliquando sit licitum in bello obsides occidere? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 20.

§. 1. Affirmatiuè respondet Filiucius tom. 2. tract. 29. cap. 9. num. 191. vbi sic ait. Licet in bello iusto etiam obsides occidere; si hostes fidem fegerint: ea enim conditione dantur, vt hostes fidem seruent; & aliter pax & securitas ex bello haberi non posset; nec hostes semel deuicti contineri possent in officio. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam docet Bonacina de Restitut. disp. 2. quest. vlt. sect. 1. punct. vlt. §. 3. num. 21. vbi sic asserit. Possunt etiam occidi obsides, quibus non est data fides de salute: si comperiti fuerint

L I noceat

nocentes: si verò sint innocentes, non possunt occidi: etiam illi, qui miserunt, non stent promissis. Hæc ille.

3. Cuius sententiam docet etiam Villalobos in *summa tom. 2. tract. 5. difficultate 12. num. 16.* ita asserens. *Quanto a los que estan dados en rehenes, se ha de dezir, que si los de su parte quebran las paçes, aunque no los puedan matar los que los tienen en rehenes, se no tienen culpa, agora porque son innocentes y no capaces della, ora porque no fueron causa de que los suyos las quebrassen, mas con todo esso, los podran detener por cautivos.* Ita Villalobos, & ante omnes ex Victoria Ludovicus Molina de *iustitia tom. 1. tractat. 2. dispnt. 120.* & Reginaldus *tom. 2. lib. 21. capit. 8. numer. 114.* Vnde non est audiendus Filiucius.

## RESOL. XXII.

*An licitum sit occidere obsides, quando adversarij non stant promissis?*  
*Et an in tali casu, qui occidunt obsides, dicantur innocentes occidere?* Ex part. 5. tract. 4. Ref. 35.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Azorius *tom. 3. lib. 2. cap. 7. quest. 16.* vbi sic ait. Quæritur an licitum sit occidere obsides, si hostes fidem fregerint? Respondeo esse licitum, nam ea conditione dantur obsides, vt hostes fidem seruent, item quia aliter pax & securitas ex bello haberi non possit: item quia aliter hostes semel deuicti in officio contineri non possent. Ita ille.

2. Non desinam tamen hic adnotare Bonacinam de *contract. disp. 2. quest. vlt. sect. 1. pun. 7. num. 2.* contrarium docere, sic enim asserit. Patet neque licitum esse occidere obsides innocentes, licet qui eos miserunt, non stent promissis. Ratio est, quia intrinsecè malum est occidere directè innocentem. Hæc ille qui pro hac sententia citat Victoriam & Lessium qui quidem de hoc casu in particulari nihil agunt, solum ibi asserunt innocentes non esse occidendos, quod Azorius non negat; difficultas est an in tali casu qui occidunt obsides, dicantur innocentes occidere; & hoc probare debebat Bonacina.

## RESOL. XXIII.

*An in bello licitum sit vti in insidijs, stratagematis, & sit standum promissis?*  
*Et quid, si fidem dedisses hosti non vtendi in insidijs, nisi forte coactus dedisses, quia tum etiam firmatam iuramento implere non debes?* Ex part. 6. tractat. 4. Ref. 10.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè: quia hoc nec per se malum est, & sæpè ad obtinendam victoriam aut necessarium, aut valde vile. Ita Coninch *disp. 31. de bello, dub. 7. num. 109.* & alij communiter. Excipiendus tamen est casus, quo fidem dedisses hosti non vtendi in insidijs, quia tunc deberes fidem seruare, & promissa implere, vt optimè dicit Diuus Thomas in *2. 2. q. 40. art. 3.* Nisi fortè, vt bene obseruat Castrus Palauus *tom. 1. tract. 6. disp. 4. num. 4.* coactus dedisses; quia coactio promissionem annullat; aut si promissio in graue damnum boni communis Reipublicæ vel Religionis cederet; quia tunc etiam iuramento firmata impleri non deberet, vel tandem si hostis violaret in toto vel ex parte fidem

vicissim datam. Duallius in *2. 2. tract. de circumstantijs, q. 16. art. 8.* addit, quod si circumstantiæ, & conditiones, cum quibus facta est promissio, mutentur, quæ mutatio si tunc præstita fuisset, non fuisset facta promissio; aut saltem si fuisset impudensiam maximam arguisset; in hoc casu censetur defuisse voluntas promittendi, & sic promissio illa non obliget. Ita ille. Vide etiam circa præsentem questionem Layman *lib. 2. tract. 3. c. 12. num. 10.*

## RESOL. XXIV.

*An liceat totam Ciuitatem Militibus derelinquendam dare?* Ex part. 6. tract. 4. Ref. 21.

§. 1. **P**er se loquendo licet aliquando id efficiatur quando scilicet, ipsa oblatiua refrenando id meruit, iudicaturque necessarium, aut valde expeditum, vt milites spe prædæ eam ferentius oppugnent, ac alia: Vrbes deterentur, ne tam obstinate resistant. Est communis, & patet ex communi præxi à Principibus sine reprehensione vsurpata. Bene tamen multi notant id sæpè minus conuenire ob multa scelerum, quæ milites ea occasione communiter perpetrant: multos vt pecunias extorqueant, crudeliter torquendo, matronis ac virginibus vim inferendo, &c. Ob quæ ea concessio per accidens est illicita, quod ad supradictos fines non est aliquo modo necessarium. Et quando concedatur, duces tenentur huiusmodi scelerum, quantum possunt, impedire, ea seuerè prius prohibendo, ac demum puniendo eos, qui in his fuerint obprehensi. Et ita docet Layman *lib. 2. tract. 3. c. 12. num. 2.* Reginaldus *tom. 2. lib. 21. c. 8. n. 115.* Coninch *disp. 31. de Bello dub. 7. n. 127.* Castrus Palauus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 4. num. 28.* Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 3.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 122.*

## RESOL. XXV.

*An liceat in bello innocentes occidere?*  
*Et ad firmandam securitatem in futuro, an liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum, rebellata iuramentum?*  
*Et in principio huius Resolutionis explanatur quomodo nomine innocentes intelligatur?* Ex p. 6. tract. 4. Ref. 11.

§. 1. **R**espondeo innocentes esse infantes, mulieres, Rusticos ad Agriculturam euntes & redeuntes, & in agro laborantes, Legatos & Oratores; Peregrinos, & Exteros, & Mercatores. Hoc supposito.

2. Affero per se, ex intentione non posse hæc damna innocentibus inferri: quia bellum pœna est, & nulla pœna innocenti iuste imponitur. Per accidens autem potest innocentibus damnum inferri: quatenus non cauetur eorum incommodum, & fit aliquid ad comparandam victoriam, ex quo innocentes læduntur, v.g. potest vrbs impugnari iniectis iaculis, & tormentorum globis, quamuis verisimile sit aliquos innocentes occidendos esse; possunt euerri turres, aut turris subiecto igne sulphureo, etiam si simul nocentes & innocentes corruant, vel opprimantur. Ratio est, quia percussio innocentium tunc accidentaria est, & præter intentionem. Nec tenetur qui iustam belli causam habet, desistere, à consequtione propeq; iuris propter incommodum, quod inde in innocentes redundat. Si ergo finis bellum licitus est, & media, sine quibus consequi non potest hæc bunt. Adde talem occasionem non esse belligerantibus impurandam, cum illam non



non intendant, sed solum permittant videntes iure debito.

3. Sed licet hæc vera sint; aduertit tamen Castrus Palaus tom. 1. tractat. 6. disputat. 5. punct. 4. numer. 9. & Valentia tom. 3. disput. 3. quasi. 16. punct. 3. semper considerandum esse, an finis belli præponderet innocentium morti, & damnis aliis inferendis: quia non est licitum suam utilitatem propriam cum iactura aliorum grauissima quarere. Et idem rectè obseruat Lorca in 2. 2. D. Thom. sect. 3. disputat. 54. num. 3. ex Syluestro, si quæ damna innocentium nihil referunt ad finem belli; non posse iuste inferri: quare si bellum commodè geri potest absque eo vt innocentes agricolæ bonis suis spoliarentur, iniuste spoliantur. Et ex Bañez obseruat Villalobos in summ. tom. 2. tract. 5. difficult. 12. num. 10. que si en vn lugar huuiesse gran numero de inocentes, y poco delinquentes non seria licito de subnyrlos a todos por ser mas el mal que sigue, que el bien que se procura.

4. Vnde ego olim dixi rem fuisse scriptulosam immittere globum igneum in quadam Tirimæ Tarcarum vbi Christiani in maximo numero aderant.

5. Sed hic obiter quærent aliqui, an ad confirmandam securitatem in futurum liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum rebellatio timeatur? Quidam concedunt posse occidi utroque. Sed innocētibus rigida est sententia: quia videntur puniri non propter id quod egerunt, sed quod acturi sunt, quod est iniquum: tum etiam quia incerta est futura rebellio innocentium, & multis aliis modis cauere potest. De nocentibus etiam non existimo licitè occidi propter solum rebellionis periculum, quamuis in eis probabilius timeri possit: quia etiam esset punire propter peccatum nondum commissum; cum aliter vitari possit periculum. Sed si aliàs essent morte digni, prudenter & consultius fieret occidendo, quàm remittendo pœnam; vt exequendo iustitiam simul etiam provideatur futuræ securitati. Securitas ergo non est sufficiens causa, vt inferatur mors, est tamen sufficiens, vt non remittatur. Et hæc omnia docet Lotca in 2. 2. disp. 54. n. 8.

## RESOL. XXVI.

*Au bona innocentium possint in bello diripi, & denasari?*

*Et an huiusmodi bona ipsi postea sint restituenda, præsertim cum sint bona innocentium, qui ad Republicam hostilem non pertinent, vt bona Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, &c?*

*Et an tali privilegio Immunitatis gaudeant omnia bona quorumcumque sint, si in Ecclesiam ad custodiam reponantur?*

*Et an possit oppugnari Ecclesia, quando est incastellata, id est munita more castrorum, &c? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 12.*

**R**espondent communiter affirmatiuè non per se, sed per accidens, in quantum fuerit necessarium ad finem belli consequendum: maxime si credas illis bonis aduersarium vsurum, vt te iniuste opugnet.

2. Sed difficultas est, an huiusmodi bona ipsi postea sint restituenda, præsertim cum sint bona innocentium, qui ad Republicam hostilem non pertinent, & affirmatiuam sententiam à fortiori tenet Lorca in 2. 2. Diu. Thomæ, sect. 4. disputat. 54. Tom. VII.

numer. 10. & 11. Putat enim in huiusmodi prædationibus non posse lædi innocentes, nisi per accidens, quatenus propter belli impetum, & temporis breuitatem discerni non potest, quæ sint bona nocentium, & quæ innocentium. Quare si certè constaret, quæ sint bona innocentium, non possent diripi: propter quod non licet diripere bona Ecclesiarum, & similia.

3. De bonis autem immobilibus dicendum est posse victores accipere non solum ea pro quibus contendeatur, si contentio erat pro possessione: sed etiam omnes belli sumptus, & restitutionem nocentium, quæ occasione belli accepta sunt. Hæc autem accipienda sunt de bonis nocentium, præsertim Principis & Communitatis, & possunt accipi de bonis confusis, & permixtis nocentium & innocentium. Credo tamen accipi non posse de bonis eorum qui manifestè innocentes sunt. Ita Lorca.

4. Sed ad hoc dubium ita respondet Becanus in 2. 2. capit. 25. quasi. 12. numer. 7. Si illa bona consumpta sunt propter necessitatem belli, neque ex illis facti sumus locupletiores, non tenemur ea restituere. Ratio est, quia neque tenemur ex parte rei acceptæ quæ iam perit, & ex qua non sumus facti locupletiores, vt suppono: neque ex parte iniusta acceptionis, cum licitè & sine culpa acceperimus. Hostes tamen, quia sua culpa fuerunt causa acceptionis, tenentur ad restitutionem: vnde quando paciscimur cum hostibus, vt præsent nobis condignam satisfactionem pro illatis damnis, simul paciscendum est, vt restituant innocentibus, quæ illis ipsorum culpa ablata sunt. Si autem eiusmodi bona non sunt consumpta propter necessitatem belli, sed vel in proprios vius consumpta, vel adhuc supersunt, tenemur ea dominis suis restituere. Ratio est, quia nullum ius habemus ad eiusmodi bona, nisi quatenus necessaria sunt ad bellum: si ergo vel supersunt, vel consumpta sunt extra necessitatem belli, nullo iure excusantur ab onere restitutionis. Vide etiam Molinam tom. 2. tract. 2. disp. 121. conclus. 1. & 2. Valentiam tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 3. aliter sententia licitè innocentes spoliari suis bonis in bello iusto.

5. Verùm licet contra sententiam negatiuam Petri Lorca insurgat Coninch disputat. 31. de bello, dub. 7. numero 112. & sequentibus, tamen illi adhæret Castrus Palaus tom. 1. tractat. 6. disputat. 5. punct. 4. numero 21. vbi mordicus contendit victoria reportata adesse obligationem restituendi bona innocentium: tametsi ex eorum occupatione locupletior non euaseris, quia innocens, & qui pars non erat Reipublicæ offendentis, non tenebatur tibi donare sua bona, vt tu ius proprium recuperares; quia non eras abolutè & simpliciter pauper, sufficiebat enim ea tibi mutuo dare, atque ad eò ex tacito contractu manes obligatus.

6. Sed quidquid sit de hoc, certum est in omni sententia duo valde notanda. Primum, qui culpabiles sunt, in omnibus dictis casibus teneri innocentibus restituere omnia damna, quæ hi ratione illius culpæ incurrunt, quia illi sunt horum omnium iniusta causa: immò credo, qui iustum bellum gerunt, non posse scientes vllum damnum inferre innocentibus, quando aliter possunt ompinè integram satisfactionem obtinere; quia tunc cum nulla sit necessitas, cur hi aliorum culpa grauentur, aequitas non patitur hoc fieri.

7. Secundum; excipiendos esse Ecclesiasticos, quos, si innocentes sunt, ob aliorum culpam grauari.

Sup. hoc in Ref. seq. 9.

Sed ego, ad videtur esse contra honorem Religionis, Ecclesiarum, ipsique Deo, cui singulariter sunt dicati, debitum. Præteritum cum ipsi sint quadam pars Reipublicæ omnino distincta à parte civili, nec huius dispositioni subiecta cum sint exempti à iurisdictione seculari: quare secularium delicta, etiam publica auctoritate commissa, iis nullo modo possunt imputari, aut in eorum grauen cedere. Quod clarissimum est, si agamus de bonis ipsius Ecclesie, qualia sunt omnia ipsius ornamenta, ac sacra suppellex, & bona immobilia; ex quibus eius ministri, ipsa fabrica, ac reliqua onera sustentantur, quæ non sunt priuatorum, sed ipsius Ecclesie, atque idem peculiari quadam ratione ipsius Dei. Ita Coninch vbi supra num...

8. Cum igitur ex supradictis appareat bona Ecclesie & Ecclesiasticorum innocentium in bello occupari non posse; quia sunt specialiter dedicata, & à seculari iurisdictione exempta, atque ita non debent ob delictum aliorum grauari. Tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Reipublica civili: ergo propter eius culpam puniri non debent. Quæritur, inquam, ex hoc, An tali privilegio immunitatis gaudeant omnia bona quorumcumque sint, si in Ecclesia ad custodiam reponantur? Et affirmatiue respondet Syluester *verb. bellum, in fine*, & Suarez *de charitate, disp. 13, sect. 7, num. 14.* & p' hoc dictum esse existimat Palaus *tom. 1. tractat. 6. disputat. 5. punct. 4. num. 18.*

9. Et non desinam hic apponere verba Reginaldi *tom. 2. lib. 21. cap. 8. num. 115.* vbi sic ait. Quæritur. An licitum sit tempore belli nocere rebus Ecclesiasticis? Responso est, quòd et si res Ecclesiasticæ sint exemptæ, vt prædiximus, in tribus tamen casibus milites eis posse nocere. Primus est quando Ecclesiastici miscent se bellis civilibus; iuuantque hostes: nam tunc habentur loco hostium. Secundus quem habet Syluester *in verb. bellum, 3. quest. 6.* quando huiusmodi nocementum inferitur non ex proposito, sed quasi præter intentionem, vt quando alia ratione victoria obtineri non potest. In eo casu enim gerentes bellum iustum, quando ex professo hostibus tantum nocere intendunt, possunt ex accidenti, & consuetudine quadam nocere quoque rebus Ecclesiasticis, ea ratione, quæ propolita est *in precedenti, quest. 1. in proposito. 9.* Tertius casus est, quando Ecclesia est incastellata, id est munita more castri, quod fieri prohibetur *in cap. Sanctorum Patrum 30. quest. 1.* Sed vt notat Syluester *loc. citat. quest. 5.* Ecclesia potest duobus modis incastellari: vno modo ad inferendam vim, vel iniuriam hostibus, eolve oppugnandos; istudque est, quòd *in cap. citat.* prohibetur. Alio modo incastellari potest Ecclesia solum ad defensionem vel personarum Ecclesiasticarum vel cæterorum Laicorum innocentium; qui non possunt se alio modo defendere: istaque incastellatio Ecclesie non est prohibita. Itaque si sit incastellata priore modo, potest expugnari, dirui, incendi. Sin sit posteriori modo, non est ei inferenda vis, neque personis innocentibus, quæ in ea sunt. Possunt tamen auferri omnia arma, & tormenta bellica, quæ ibi congregata fuerint ab hostibus: quia hi poltea possunt illis vi. Hucusque Reginaldus.

## RESOL. XXVII.

An Reliquia in bello iusto possint abstrahi ab Ecclesia sine onere restitutionis?  
Et pro firmanda sententia huius questionis alij

diuersi casus adducuntur pro bonis Ecclesie, & Ecclesiasticorum, & etiam laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, ita vt non possint ab illa extrahi, &c. sed iam omnes dicti casus in alijs specialibus, ex latis resolutionibus factis in hoc ipso tractatu appositis. Ex p. 10. u. 16. & Misc. 6. Ref. 74.

§. 1. Casus est curiosus, & forsitan à nemine pertractatus, nisi ab eruditissimo P. Ianne Ferrando *in disquisit. Reliquiar. lib. 1. cap. 8. artic. 3.* quia ad illum affirmatiue respondet, motus his rationibus, eo quòd inter Christianos omnia bona in bello iusto capta ad capientes iure pertinent, quandoquidem ea lex, & ius belli apud omnes Gentes receptum est, vt ex historicis, Philosophia, Theologia, Iurisque vtriusque scientia testatissimum esse concedit non nemo: hac enim inter Principes, Reipublicas, nationes, & populos vniuersos, qua iustitiam, quæ Christianos, communis consensio tacite per consuetudinem inducta est, vt bona, quæ in bello iusto capiuntur, capientis sint, neque is profligato bello ad restitutionem obligetur, nisi, inter præstantes exercitus, pactis conuentis aliter cautum fuerit: tunc enim pacis initæ conditionibus religiose standum est, bonaque expilata legitimis donum, vt neque reponenda sunt, ex regula iuris, qua res aliena restituenda est domino. Consequens igitur est, vt veneranda Cælitium ipsiana, quæ in bello iusto inter Christianos gesto, ab hoste victore capta, exportataque sunt; ad ipsum iure attineant, vt pote legitimum eorum possessorem, ac dominum, nisi aliter inter Imperatores fuerit conuentum (vt hoc nostro æuo factitatum legere est inter Hispanos, & nolites Gallos) ac promde ad eorum restitutionem minime teneatur. Dominium rerum habitatum pro derelictis, (vt fert communis, & vna, eademque Theologorum & vtriusque Iuris Doctorum sententia) acquiritur capienti, quod eas Dominus abiecit absque vlla spe, ac voluntate recuperandi: quanto citius earum rerum dominium, quæ pro derelictis habentur, ad capientes pertinere censendum erit? At in harum numerum venerabiles Dionum curuias, quæ ab hostibus Christianis bello iusto inter se decertantibus sublata atque exportatae sunt, hoc iustius referas, quo certius est ipsos ita in prærium descendisse, vt crederent victoriam, exercitum à Sociis minime sibi temperaturum, atque in primis in Sanctorum inuolaturum pignora (quæ auro contra magis pretiosa à fidelibus ducuntur) absque vlla premitu spe illa recuperandi, si maxime velint. Quod enim aequè Principes Christiani iusto bello superiores ambiunt, quàm Sanctorum Reliquias ex deuictis, hostibus reportatas in suas transtulere regiones tanquam tutissima suorum regnorum præsidia futurarum, ne forte in hac parte, vel ipsismet Ethnicis de religione ac pietate concedere videantur. Etenim hi plerumque in vrbium expugnatione, atque excidio, tam victi, quàm victores secum Deos Penates esse ferre consueuerant. Deinde occupatis iusto bello Prouincijs, vrbibus, oppidis, villis que, ab altera decertantium acie, templa, ædificaque Sacre omnes, in victoris dominium, potestatemque concedunt, nec tenetur ea victo hosti restituere, vt in consensu est apud omnes, & constatque Gentium vniuersarum, etiam Christianorum quotidiano viu. Quin, & venerabiles Sanctorum exuuiæ, in quarum gratiam, & venerationem Basilicæ, & Sacella plerumque fuerunt edificata, quæ saltem in illis composite, depositæve religioso ante culta colebantur: non enim potior est ratio, cur templis victorum potius victor exercitus

Sup hoc in Ref. not. præteritæ in §. Confirmantur.

Sup. aliquibus ex sequentibus in hoc §. in Ref. seq. §. In vno per totum.

Sup. hoc ibidem, in eodem §.

exercitus; Sacris reliquiis non item? seu directè, seu indirectè utraque iure capi potuisse, ac possideri velis. Neque vel huiusmodi, quod templum, adesse faciat sunt immobilia; Reliquias verò bona mobilia censentur, si iam neutra sint bona aliena, sed propria legitime capientium, & que iure belli iusti, & fortè voluti, sine religione facti sunt possidentium. Quenam ergo Reliquias restituendi obligatio ipsis incumbit? Hæc omnia Ferrandus.

2. Sed ego negatiua sententiæ adhæreo. Nam licet fatear posse à Principe indicente bellum occupari omnia bona hostium, quæ necessaria sunt tum ad reparationem iniuriæ acceptæ, illamque vindicandam, tum ad securitatem imperium futuram, quæ de causa licet arcem, & ciuitatem occupare; pecuniæ summam exigere, & tributa imponere solvenda in futurum, & vt hæc implementur, exigere obides, sic latius Molin. *dist. 117. Suar. dist. 13. sect. 7. de Charit. numer. 20.* Quod non solum habet in bonis hostium nocentium, sed etiam innocentium, si necessaria sunt ad supradictos fines vindictæ, & securitatis, quia tunc non puniuntur innocentes, sed punitur Republica in ipsis, cuius sunt partes. Valent. 2. 2. *disput. 31. quest. 16. punct. 2. vers. quarto infero.* Victor. *de iure belli, numer. 40.* Couar. *reg. peccatum; 2. §. 9. numer. 4.* Molin. *disp. 121. conclus. 4.* Suar. *disputat. 13. de bello, sect. 7. num. 12.* Coninch *disputat. 31. dub. 7. à num. 113.* Ab hac tamen regula excipiuntur bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum innocentium, quæ ob delictum ciuitatis occupari non possunt. Tum quia sunt specialiter dedicata, & à iurisdictione seculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari. Tum quia Ecclesiasticam partem constituunt diuinctam à Republica ciuili; ergo propter eius culpam puniri non debent, sic ex communi sententia docent Valent. 1. 2. *disput. 3. quest. 16. punct. 3. vers. hic autem.* Suar. *disputat. 13. de Charitat. sect. 7. numer. 11.* Coninch *disputat. 31. dub. 7. numer. 118.* Bonacina *disputat. 2. de restit. quest. ult. sect. 1. punct. 12. §. 3. numer. 18.* Molin. *disp. 121. conclus. 3.* Quæ omnia patent ex *capit. Innouamus, de reuenga & pace, & capit. conuenerunt, de sentent. excommunicat.* Quod etiam præter alios obseruat Trullench in *Decalog. tom. 2. libr. 5. capit. 2. dubit. 12. numer. 1.*

3. In vno tamen casu per accidens Ecclesia, eiusque bona diripi, comburi, & deuastari possunt, si hoc necessarium fuerit ad finem belli consequendum, pacemve firmandam. Item possunt hostes ex Ecclesia extrahi, & in illa occidi, si prius ipsi Ecclesia abusi sunt tamquam arcem & castrum ad repugnandum, quia eo ipso amittunt priuilegium immunitatis, vt colligitur ex *capit. Sanctorum Patrum, 10. quest. 1.* quod tamen non amittunt, si illam munierint ad præciam Ecclesiasticorum, innocentiumque defensionem. Sic Syluest. *verb. bellum 3. quest. 6. & 8.* Suarez *disput. 13. sect. 7. num. 14.* Bonacina *d. num. 18. & 19.* Valent. *p. 3. vers. hic autem.* Coninch *disp. 31. dub. 7. num. 118.*

4. Vnde ex his omnibus patet à fortiori, non posse à Principibus, etiam in bello iusto, Reliquias Sanctorum ex Ecclesiis abstrahi. Et ideo negandum est Patri Ferrando, hoc licitum esse per accidens; nam tunc licitum est per accidens bona Ecclesiæ abstrahi, quando hoc necessarium est ad finem belli consequendum, vel pacem firmandam, vt ex multis probat Dicastillus *de iustit. & iur. lib. 2. tractat. 1. disput. 10. dub. 16. numer. 40.* & Doctores citati, & citandi. Sed hoc non video euenire posse ex abstractione Reliquiarum, vt ex se patet: ergo, & per se, & per accidens hoc fieri illicitum esse contra Ferrandus.

Tom. VII.

randum, omnino dicendum videtur. Vide etiam præter Doctores citatos Theophylum Alarium in *Comment. conscient. lib. 7. ver. Bellum, numer. 8.* Verf. Vide Turrianum *tom. 1. disputat. 90. dubit. 3.* Villalobos *etiam supra in Summa, tom. 2. tractat. 5. difficult. 12. numer. 19.* Tannerum *tom. 3. capit. 1. quest. 6. dubit. 5. numer. 70.* & Granadum in 2. 2. *Diui Thomæ, controuers. 3. tractat. 13. disputat. 4. sect. 9. numer. 76.* Quibus etiam adde Ariagam in *Curia Theolog. tom. 5. disputat. 48. sect. 3. numer. 50.* vbi docet bona Ecclesiasticorum non posse auferri in bello, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicæ in ordine ad illud bellum; neque eorum bona faciunt vnum quid cum bonis Reipublicæ, sed sunt omnium exempta. Ergo, si v. g. vasa argentea, & candelabra; ac alia bona Ecclesiarum non possunt ab ipsis abstrahi in iusto bello, quanto magis ascerendum est de Reliquiis Sanctorum, quæ à Prælati ipsis neque propter necessitatem Ecclesiarum possunt alienari inconsulto Pontifice, vt firmat stylus Curie Romanae.

5. Confirmantur supradicta à fortiori ex doctrina, quam ex Syluestro sustinet Suarez *disputat. 13. sect. 17. numer. 14.* & Bañez in 2. 2. *Diui Thomæ, question. 46. articul. 2. dub. ult. nempe, non solum bona Ecclesiastica, vt dictum est, sed etiam bona Laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, non posse ex illa ab hostibus extrahi; & licet hæc opinio in rigore non videatur admittenda, existimandam esse satis piam, tradit Dicastillus *numer. 403.* & Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 6. disp. 5. punct. 4. numer. 18.**

6. Itaque sententia Patris Ferrandi non est admittenda, & praxis omnium principum est in contrarium, quia vt apparet, nullus ex ipsis audeat apponere manus in sacras Reliquias, etiam si caperent iusto bello aliquam ciuitatem nec aliter fieri posse existimo.

RESOL. XXVIII.

An innocentes possint in seruitutem redigi, seu licet eradi infantes obides inimico nolenti alio à bello desistere?

Et in §. ultimo huius Resolutionis alij quatuor casus deducuntur circa innocentes, & nocens in bello. Ex p. 6. tr. 4. Ref. 13.

§. 1. Negatiua sententiam mordicus sustinet Petrus Lorca in 2. 2. *sect. 3. disputat. 54. numer. 20. & sequentibus.* vbi post multa *numer. 23.* sic ait. Affirmo igitur, non aliter posse innocentes in seruitutem capi, quam interfici; & sicut non licet eos interficere per se, & directè; ita nec seruos facere. Per accidens verò solum licet occidere ante partam victoriam, quando aliter commodè obtineri non valet. Vix autem contingere potest, vt illa occisio in seruitutem commutari queat, nisi vno in casu. Quando scilicet bellum est diuturnum contra aliquam gentem, & expedit quæcumque nocentia illis inferre, vt extenuentur eorum vires, & diminuat numerus eorum, qui bellare possunt: quo pacto censeo iustam consuetudinem deprædandi Turcarum & Sarracenorum oppida, & captiandi, deducendi que in seruos feminas & infantes. Nam propter hanc causam fortasse possent occidi, vt indicatur Deuteromij 20. illis verbis; *Quando obfederis Cinitatem multo tempore, non scindes arbores de quibus vesci potest, quoniam lignum est, & non homo: nec potest bellantium contra te augere numerum: quasi dicat ex hominibus posse occidi eos, qui efficere possunt;*

L. 1. 3. vt

Sup. conten- to ab hoc. Verf. Vide etiam supra 175. Sed ega- huius. Ref. ad mediu, & Verf. Ab hac tamen, &c.

Sup. hoc in Ref. præteri- ta. §. Cum igitur ante medium,

Sup. hoc id- fra in Ref. 32. §. His era- go ante me- dium.

habet in

Sup. hoc in

Sup. conten-

ut bellantium numerus augeatur; idque quando bellum est diuturnum, benignius autem est; ut qui occidi poterant, in seruitutem adducantur. Si tamen in hoc casu occidi non possunt, ut Victoria docet, saltem poterunt in seruitutem capi, ut eo modo bellantium vires & numerus diminuatur. Præter hunc casum non assequor, quo pacto aut occidere, aut innocentes capere liceat. Hæc Lorca.

1. Sed contrariam sententiam docet Villalobos in *summa tom. 1. tractat. 5. difficult. 12. numer. 14.* Molina *tom. 1. tract. 2. disputat. 120.* Coninch *disputat. 31. de bello, dub. 7. num. 112.* Caltrus Palauis *tom. 1. tractat. 6. disputat. 5. punct. 4. numer. 13.* Becanus in 2. 2. capit. 25. quest. 13. conclus. 3. Et ratio est, quia libertas inter bona fortunæ, quorum Respublica dominium habet, computatur; quia Respublica illorum bonorum habet dominium, quorum habent eius subditi; sed quilibet subditus propriæ libertatis dominium habet, illamque vendere potest necessitate urgente: ergo Respublica idem facere poterit: & confirmo. Pater necessitate urgente potest filium libertate priuare, & creditor debitorem impotentem soluere, si ius posituum non obstaret: Ergo à fortiori poterit Respublica quemlibet eiuem, cum quilibet debeat satisfacere pro debito Respublicæ, utpote pars eius. Adde receptissimum esse tradi infantes obsides inimico nolenti aliter à bello desistere, qui tamen in arctam, & sæpè in perpetuam seruitutem reducuntur: quod est quoddam genus seruitutis, atque priuationis libertatis.

3. Verum his non obstantibus nouissimè Hurtad. de Mendoza *volum. 2. disputat. 164. sect. 11. §. 107.* sententiam Petri Lorcæ fecit. Et ratio est, quia seruitus est maxima ærumnarum, & victori minimè necessaria directè, aut indirectè ad comparandam victoriam; ergo non potest hoc malum inferri innocenti. Probo consequentiam: quia nullo hæc honestari potest seruitus. Non ratione pœnæ, nula enim potest inferri innocenti; non in prudentem providentiam, ne capti rebellent; tum quia ob peccatum futurum non potest maturari pœna: tum quia incerta est rebellio, potestque mille rationibus vitari, ut enim serui tenentur apud victores; ita & liberi poterunt teneri, ne fugiant; cur ergo tanto afficiendi sunt supplicio Hebræi, si quos innocentes in seruitutem rede gere, fecerunt id Deo præcipiente.

4. Dicent primò: Innocentes esse partem Reipublicæ nocentis: qualibet autem pars puniri potest ob delictum totius. Respondeo partes non habentes distinctas voluntates posse ita puniri, quia idem homo in qualibet punitur, & animus idem: in toto autem Metaphorico, cuius partes sunt absolutè diuersæ, & propria voluntate donatæ, non possunt ea ratione puniri ut non possint occidi, quamuis sint partes Reipublicæ nocentis: possent autem si ea ratio & exemplum vrgent; potest enim manus præcidi ob linguæ delicta.

5. Dicent secundò: Rempublicam nocentem habere ius in ciuium libertatem, quos in extrema necessitate, quam alia ratione vitare non possit, potest vendere. Sed hoc ius spectat ad victorem iustum cum cæteris nocentis Reipublicæ bonis; ergo, &c. Qua ratione oppositam sententiam tenet Pater Agidius *disputat. 31. num. 119.* Respondeo victorem succedere Reipublicæ victæ in iure, qua ratione erat illius ius, non verò alia: sed ius Reipublicæ erat ad vendendum eiuem in extrema necessitate, non verò extra illam, ergo victor poterit captum innocentem vendere in extrema necessitate, non verò extra illam, Maior est certa: quia successor alicuius in

re aliqua, non habet in illam melius ius, eo quia cedit: quia ius alio modo non erat in eius potestate. Confirmatur; Respublica habet ius exponendi ciuem aperto vitæ discrimini in necessitate extrema Reipublicæ; ac non propterea victor potest captum exponere ei periculo in necessitate leui: ergo eadem ratione non potest ciui libertatem adimere propter ius illud Reipublicæ; itaque ciuis innocens captus, tam manet sui iuris, quam ante captiuitatem.

6. Dicent tertio: multas leges tam ciuiles quam Ecclesiasticas agere de seruitute captorum bello bello. Respondeo eas exponendas de nocentibus captiuitate de innocentibus.

7. Dicent quarto: hostes esse interdum tam multos, ut nisi illis captis non possit deinceps pax conseruari. Lorca *disp. 54. num. 23.* censet eam ob causam licitam esse seruitutem; non verò ob aliam, quod contingit in Turcarum & Sarracenorum captiuitate contra innocentes qui nullam dedere causam seruitutis futurum autem peccatum non potest antecipi supplicio; ergo non possunt Turcæ innocentes libertate priuari. Deinde prouideri potest Respublica Christianæ absque seruitute Turcarum: ergo Turcæ non possunt redigi in seruitutem. Consequentia est certa, quia damna aliorum sunt vitanda, quando sine illis possunt damna propria vitari. Antecedens probò; quia Turcæ nunc apud nos seruantur sine periculo; sed eadem ratione seruari possunt retinere libertatem: ergo libertas non obest securitati Christianorum. Probo minorem: quia libertas non obest, quo minus ferro & feueris legibus cogatur non redire ad suos. Possunt ergo Turcæ apud nos cogi, ne fugiant, aut armentur, aut ne opibus adeo crescant, ut ab illis nobis imminet periculum: at non poterunt vendi, nec priuari iure acquirendi bona, & contractus ineundi: ergo sine seruitute potest Respublica Christiana sibi à Turcis captis coherere.

8. Dicent quinto: communem esse consuetudinem capiendi fœminas & infantes Turcarum. Respondeo id secundum se esse illicitum: at verò ex probabili sententia, per accidens esse licitum. Authores enim frequentius opinantur licitam esse captiuitatem, & seruitutem innocentium captorum in bello licito gesto cum Republica, cuius sunt pars. Quam sententiam admittunt Pater Suarez, & Agidius, sequenti Recentes alios & antiquos. Et hæc omnia docet Hurt. ubi supra quæ. quidem satis probabilia esse non nego.

9. Sed stando in opinione affirmatiua tria deducuntur. Primò, omnes Turcæ & Sarraceni tam infantes & melieres, quam viros cum à Christianis in bello bello capiuntur fieri mancipia Christianorum. Secundò, Christianos nunquam fieri mancipia Christianorum propter consuetudinem eamdem consensu & vsu approbatam. Tertio, Christianos de bello quidem fieri mancipia Turcarum & Sarracenorum non tamen de iure, quia iusto bello non capiuntur. Nam bellum, quod Turcæ & Sarraceni contra nos gerunt, iustum non est. Quarto, Innocentes, qui non sunt membra hostilis Reipublicæ non posse capi, & in seruitutem redigi; nisi forte per accidens, quando periculum est, ne aliquando coniungant se hostibus, aut ab hostibus vi adigantur, ut ipsi subditum præsent. Sicut enim in tali casu licitum est euimodi innocentes spoliari armis, pecunia, frumento, & cæteris rebus ad victum & vestitum necessariis. Sic etiam licitum est eosdem spoliare libertate.

RESOL. XXIX.

An capti in bello iusto possint fugere, etiam quando benigne à Domino su. tractantur, dummodo non fugiant animo euagandi, sed redeundi ad suos, & patriam repetendi? Et quid, si fidem seruus dederit non fugiendi, & maxime si iuramentum adhibuisset? Et an supradicta maxime procedant ad Christianos à Turcis captos, qui non solum possunt fugere, sed etiam Dominorum suorum bona diripere, & in quantumque quantitate secum asportare? Ex p. 6. tract. 4. Ref. 14.

§. 1. Aliqui, quos ego alibi citavi, negatiam tenent sententiam, & id probare videntur iura cap. si quis seruum 17. quest. 4. ex Concilio Gangrensi, & ex Concilio Lateranensi sub Martino I. in quibus grauis pena decernitur ei qui persuaserit seruo, vt à domino suo recedat. Et in leg. 1. Cod. de seruis fugitiuis dicitur Fugitiuus seruus furtum sui faciens domino.

2. Præterea qui iuste captus est, iuste seruit, & iusto titulo dominus eius dominium acquisiuit: eo autem quod quis iuste possidet non potest iuste spoliari, Accedit simile de eo, qui iuste damnatus est ad exilium, à quo non potest sine peccato discedere: ergo neque ille, qui iuste damnatus est ad seruitutem. Denique serui, qui fugiunt, si deprehendantur, iuste puniuntur à dominis, & in leg. 3. Cod. de seruis fugitiuis, grauis pena eis decernitur: ergo peccant fugiendo.

3. Et hanc sententiam tenet Nauarrus in summa cap. 17. num. 103, & alij relati à Covarruua in Regul. peccatum, par. 2. §. 21. num. 6. Et hanc sententiam vtiorem putat Lorca in 2. 2. disput. 54. memb. 2. num. 29. vbi non obligant Romanae leges.

4. Sed ego affirmatiuè sententiæ adhaereo, quam tuetur Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 24. Duuallius in 2. 2. Diui Thomæ tract. de charitate, quest. 16. art. 6. Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 4. numer. 15. Valentia tom. 4. disput. 3. quest. 16. punct. 3. & alij. Dico igitur seruos captos in bello iusto posse fugere, non solum quando iniuste, & crudeliter à domino suo tractantur, in hoc enim omnes consentiunt; sed etiam quando benigne, dummodo, inquit, non fugiant animo euagandi, sed redeundi ad suos, & patriam repetendi, & dummodo si dominus eum in fuga attingat, ei obediat, & ad locum seruitutis suæ non inuoluntariè redeat: fas enim non est seruo vi contra verum dominum suum resistere.

5. Prior pars consuetudine firmatur: hoc enim vbiq; receptum est; vt si serui aufugerint ad pristinum locum, atque ad dominum non redeant, nec redire compellantur: & istud lege Imperatoria roboratur, leg. nihil interest ff. de captiu. & post lim. reuers. vbi sic habetur. Nihil interest, quomodo captiuus reuersus sit; vtrum demissus, vel vi, vel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen si ea mente venerit, vt non illic reuerteretur. Et in §. item ea, Institut. de Rev. diuis. subditur. Qui tamen si euaserint nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiant.

6. Posterior verò pars, nempe si fugiendo à dominis recuperentur, debere suis dominis obedire: patet ex eo quod quandiu fugiunt, nondum adepti sint plenam libertatem & adhuc perseverat possessio legitima ipsius domini: quo fit, vt iuste eos reducat,

ipsique tenentur ei obedire, saltem non resistere: adde incarcerationum secundum omnes effringendo carceres non peccare; sed si à custodibus & licitoribus reperiat, non potest resistere, sed eis debet morem gerere: quo fit, vt licet puniri possint à dominis etiam si citra vllum peccatum aufugerint.

7. Limitanda tamen est hæc opinio, vt procedat, nisi fidem seruus dederit non fugiendi, quia tunc speciali titulo fidelitatis, & maxime si iuramentum adhibuisset, non potest fugere.

8. Et omnia supradicta maxime procedunt ad Christianos, à Turcis captos, qui vt alibi satis firmavi, possunt non solum fugere sed etiam dominorum suorum bona diripere, titulo & iure iusti belli & perpetui, quod Turcæ cum Christianis gerunt; & quia tyrannicè occupant Terras Christianorum. Ex quo vt bene aduertit Lorca in 2. 2. Diui Thomæ, disput. 54. memb. 2. numer. 26. oritur facultas inferendi eis, quodcumque nocuum: quod etiam docet Solorzanus de Indiarum iure lib. 2. cap. 10. numer. 24. & cap. 11. numer. 45. & contra Ancharanum in cap. peccatum, de Regul. iur. in 6. tradit Gloss. & Doctores in cap. ius gentium, 1. distict. Innocentius in cap. olim el 1. de restitut. spoliar. Naldus in sum. verb. Christianus, ver. Infidelis, & verb. seruus; Marta de iurisdist. part. 1. cap. 24. à num. 46. Aponte in decisioib. part. 1. decis. Vide etiam me ipsum in part. 5. tract. 13. resol. 98.

9. Dicendum est igitur licere cuiilibet Christiano mancipio Turcarum fugere, & bona eorum in quantumque quantitate secum asportare.

Sup. hoc in Ref. & §. 1. nor. præterea, & in Ref. 2. §. Limitantur, & lege etiã doctrinã alterius §. carum adnotationum. Et pro alibi contento in lin. 2. huius §. Et omnia in to. 8. 11 7 Ref. 38. & hic infra in tr. 8. Ref. 13.

Quæ hic est in tom. 8. tr. 7. Ref. 38. paulo post initium, & seqq.

RESOL. XXX.

An capti in bello habito inter Christianos licite possint redimi, & in conscientia teneantur soluere pretium promissum suæ redemptionis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 16.

§. 1. Casus est multum practicabilis, præsertim in his nostris ærumnosis temporibus, & affirmatiuam sententiam tenet Aluarus Valascus tom. 1. consult. 30. num. 4. & 5. Quia licet captus in bello inter Christianos non efficiatur seruus capientis iuxta Bart. & alios in dicta l. hostes. bene tamen tenetur pretium redemptionis, seu relaxationis suæ persolvere, & vsque ad perfectam solutionem retineri, & illud pretium Græci appellant λύτρον à λύτρος quod est redimo vnde λύτρον redemptor, Galli autem appellant Rancon, ita Ioan. de Terra dicto tract. contra Rebelles Regum 3. tract. art. ult. concl. 27. Guiliel. de Cun. cap. Raynuius, verb. & uxorem, n. 824. de testamen. Boer. in titul. de consuetud. iur. & stat. person. §. sequitur. Rebuff. in dicta l. hostes pag. 641. & nemine relato Covarr. in alleg. §. 11. num. 6. Et ita fuit seruatum in quibusdam, qui capti fuerant, quo tempore aggressa & de bellata est Ciuitas Olyssiponenis Metropolis Regni Lusitanæ, ab eodem exercitu expulsis rebellibus, qui eam nitebantur propugnare: pecunias enim quas capti pro se dederunt, vel promiserunt non poterunt à militibus capientibus repetere. Et vt auditum à viris probatæ fidei, qui multas regiones peragrauit, id est fit in Germania, Fladria, Gallia, Italia, & plerique aliis Christianorum Regionibus, quando inter eos bella geruntur, & quando bellum est iustum, captis talia posse imponi scriptum reliquit Bald. in l. nam & seruus ff. de negot. gest. & tradit Rebuff. vbi supra, qui ait huiusmodi pretium redemptionis cedere lucro capientis, vel capientium inter eos diuidendum: dum tamen non excedat millia decem,

Sup. contento in hac Ref. late supra in Ref. 19. à principio vsque ad §. Sed hic, & infra in tr. 8. Ref. §. vlt.

quæ tunc pertinet ad Principem, cuius est liberalitatem suam capientibus exhibere, vt per Boer. *decif. Burdegal, quæst. 178. incip. an licitum, col. 1.* Et refert in suo Senatu in facti contingentia fuisse decretum. At enim Rebuffus hoc calu regulandum esse pretium redemptionis ex qualitate & diuitiis personæ captæ. Ex quo satis colligitur milites capientes posse cogi à iudicibus exercitus pro pretio sic regulato captum relaxare, etiam si nolint, nec posse stringere huiusmodi captos, vt sibi seruitutem seruiant: cum non sint serui; sed interim detenti quousque se redimant. Quamuis autem hæc Doctorum traditio, quod Christiani in bello capti à Christianis teneantur se redimere, & possit licite pretium recipi iure belli, vt ipsi dicunt: Ego nunquam tale ius belli inueni in legibus Cæsareis nec ipsi allegant. Vnde intelligo de iure consuetudinario in bellis Christianorum id fieri; quæ consuetudo non est improbanda, quia inuenta ad euitandum maius malum; vt milites allesti spe pretij captiuorum, potius eos seruent, quàm interficiant. Hucusque Aluarus Valascus.

2. Sed aduersus Lusitanum alius Lusitanus insurgit, & is est Benedictus Agidius in *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. part. 1. cap. 1. num. 7.* vbi sic ait. Secundum aliquos sic capti retineri solent, & præstita pecunia dimitti: quod ius consuetudine defendit Valascus, vt etiam secundum illud pro promisso redemptionis pretio conueniri possint coram iudice, qui capti fuerunt. Mihi quidem probabile non videtur ex promissione tali actionem oriri, quando captus ob hoc ipsum captus proponeretur: vt redemptionis suæ pretium daret. Etenim secundum prædictam consuetudinem cum communi Doctorem traditione capientis non fit, nec hoc ius captura & retentionis ob pretium redemptionis extra seruitutis casum in legibus Cæsareis inuenitur, vt idem Valascus fatetur. Vnde redemptionis promissio tanquam sine iure, & contra bonos mores extortita in prædicto casu non valitura videtur. Si verò captus esset maioris damni & periculi euitandi causa, videlicet vt ab aliorum militum impetu, & strage seruetur, tunc non vt redemptionis pretium, sed vt custodia, ac tutelæ merces pecunia recipi, & exigi poterit, quo casu Valasci sententiam probat. Ita Benedictus Agidius.

3. Verum ego sententiæ Valasci affirmatiuæ libenter adhaereo: & ratio est quia in poenam iniusti belli, & iniusti periculi, in quod victorem iniecit, potest ab eo exigi vis argenti: at dum debitor non soluit, licite retinetur in vinculis à creditore auctoritate iudicis. Item poterat licita morte puniri, quàm pretio redimendam vult victor. At non propterea Christiani sic capti sunt mancipia: sunt enim sui iuris, & possunt celebrare contractus: parum enim differunt à carceratis propter æs alienum. Et ita ex his rationibus nobis adhæret Hurtadus de Mendoza de *fide volum. 2. disp. 169. sect. 11. §. 105.* qui testatur de communi ferè sententia, quam nouissimè sequitur etiam Agidius Trullench in *præcept. Decalogi tom. 1. lib. 5. cap. 2. num. 12.*

## RESOL. XXXI.

An Milites teneantur cum vite periculo non deserere arcem, & stationem, aliàs obligentur damna inde prouenientia reparare?

Et an possint relinquere castra sine lesali crimine?

Et an non expediat, vt Duces faciles sint in concedenda licentia Militibus discedendi, &c.? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 25.

§. 1. **A**D primum respondeo affirmatiuè. Tenentur enim defendere arcem, & locum ubi prouenientia reparare; & capitis poena placetur ex leg. 3. ff. ad legem Iuliam. Sed hoc limitatur, si forte nulla esset spes proualendi: nam in tali casu non tenentur mortem expectare: quia esset frivola & inutilis talis expectatio. Et ita docet Becanus in 2. 2. cap. 25. *quæst. 15. num. 1.* Caltrus Paulus tom. 1. tract. 6. *disputat. 5. punct. 5. num. 4.* Coninch. *disputatione 31. de Bello, dub. 7. num. 57.* & alij.

2. Quoad secundum, respondeo cum Molina tom. 1. tractat. 2. *disputat. 116.* Quod miles relinquere non potest castra sine Ducis, aut Principis facultate: idque eò magis, quod plus imminet prælium, pluraque ei indiget Dux aut Princeps. Præsertim cum si castra deserant, Respublica & exercitus periclitentur; victoria anceps futura sit, aut nulla, sumptuque ingentes belli inanes reddantur: quæ omnia attendere debent Confessarij Militum. Cum verò tot & tam ingentia mala ex desertione Castrorum sine Ducis, aut Principis facultate eveniant, mirandum non est, si eiusmodi culpa capitis poena, vel additione ad trirèmes interdum placatur. *cap. infames 6. quæst. 1.* eiusmodi homines inter infames reputantur: & leg. omne, §. qui in facie ff. de re militari, capite plectebantur si in conspectu aliorum militum castra desererant. Vtrumque affirmat Gloss. *cap. ne militare, dist. 1. verb. deserant.* Neque cum dispendio Republicæ & Principis expedit, vt duces faciles sint in concedenda facultate discedendi, præsertim quando milites valde necessarij sunt. Merito quoque esse debent, quot sumptus cum illis fecerit Princeps in ipsis perducendis; & quanta cum populorum vexatione in itinere, & dum vocabantur, fuerint hostij excepti: neque expedire, vt iterum alij similes lumpus fiant, & alia vexatio detur in eisdem, aut alijs perducendis.

3. Ex alia tamen parte quando Respublica non multum eorum indiget ministerio, vel vigenti causa se offert; esse non debent admodum difficiles ad concedendam redeundi facultatem, ne difficultas eorum obtinendi occasio sit, ne milites ad bellum relinquantur. Iam verò quod Princeps milites dimittat, quando eis non indiget, vt quando sibi placet, integrum militibus non facit, vt discedant quando voluerint. Quoniam ea lege, eòve tacito pacto ad bellum conducuntur, vt integrum Principi sit illos retinere, quando eis non indigerit: ipsis verò licitum non fit recedere absque Principis facultate. Ex damno vero & periculo, quod spectatis circumstantiis imminet, ex eo, quod Milites absque facultate castra deserant, & ex poena statuta, ac rigore, quo executioni mandatur, iudicandum est, an in desertione Castrorum absque Ducis aut Principis facultate lesale crimen admittatur. Vide *capit. infames 6. quæst. 1. & leg. omne ff. de re militari.*

## RESOL. XXXII.

An Principes possint concedere repræsentas, maxime concurrentibus sex conditionibus? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 72.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, vt si, v. g. vitæ victoria de iure belli, num. 41. Galli milites fecerint prædas in agrum Hispanorum, vel è castris, & Rex Francorum nolit cogere illos ad restitutionem cum possit, & possunt Hispani auertere Principis spoliare

spoliare mercatores Gallos, aut agricolas quantumcumque innocentes, quia licet forte à principio Republica, aut Princeps Gallorum non fuerit in causa iam est in culpa, quia negligit vindicare.

2. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam docet Petrus Lorca, vir quidem doctus, in 2. 2. D. *Thoma quest. 40. art. 1. sect. 3. disput. 52. in ap. pen. num. 15.* quia hic modus compensationis natura sua iniustus est, quia per se infert nocementum innocenti, & punit vnum pro peccato alterius, quod humana iustitia fieri non potest, non minus in bonis externis, quam in personis, & ita iure ciuili & Canonico reprobata sunt dicta Repraesaliam, vt patet in *Authentica, vt non fiant pignorationes, coll. 5. & in cap. & si pignorationes, de iur. in 6. sic habetur.* Et si pignorationes, quas vulgaris elocutio *Repraesaliam* nominat, in quibus aliquis pro alio praegratur, tanquam graues legibus & aequitati naturali contrarias, ciuili sint constitutione prohibita, &c. Nec valet dicere, quod licet inferre bellum toti Republicae propter iniuriam ab aliqua parte eius illatam, si communitas & Princeps vindicare neglexerint, ergo pariter licebit solam compensationem damni accipere à quibuscumque Republicae membris. Nam respondeo primò disparere esse rationem, quoniam iniuria, aut damnum pro quo petitur Repraesaliam non est tantum, aut tanti momenti, vt sit iusta causa belli, nam si esset, iam non esset, Repraesaliam, sed bellum; nos autem loquimur de Repraesaliam vt à bello distinguitur; non ergo est tam vrgens causa, vt tota Republica puniri possit. Quare licet laesi non assequantur restaurationem damni, petendo eam à Principibus, non sufficit vt innocentes patiantur, contra totam Republicam agi possit. Respondeo secundò etiam in bello iusto innocentes laedi non posse in bonis externis per se & directè. Hac omnia Lorca *ubi supra.*

3. Verùm affirmatiuam sententiam ego probabilissimam & tutam in praxi esse existimo, quam tuentur, teste ipso Lorca, communiter Doctores, vt Syluester, Caietanus, & alij Casuistae in *ver. Repraesaliam*, Couar. Victor. Gabriel Nauar. D. Anton. penes Lorcam, quibus ego addo Iacobum Granados in 2. 2. D. *Thoma, contr. 3. tract. 13. disput. 4. sect. 8. num. 73.* Calstrum Paluum tom. 1. tractat. 6. *disput. 5. punct. 4. & Coninch. in 2. 2. disput. 31. dub. 7. & 8. num. 152. & Molin. tom. 1. & disputat. 121. concl. 4. Valentia tom. 3. disput. 3. quest. 16. punct. 3.* Villalobos in *summ. tom. 2. in st. 5. diffic. 4. num. 16. lo. Franc. Suarez in enchir. lib. 7. lit. R. ver. Repraesaliam.* Petrum Binsfeldium *tract. de iniurijs & damno dato, cap. 8. quest. 4. concl. 1. & seq. David à Mauden. in Decal. praec. 7. discurs. 2. num. 8. Tannerum in Theol. schol. tom. 3. disput. 2. quest. 6. dub. 5. num. 73.* Layman in *Theol. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 13.* Mynsingerum *cent. 6. obseru. 1.* Dico igitur licitas esse Repraesaliam, concurrentibus tamen sex conditionibus, prima quod manifestè constet ciues vnius Republicae fecisse iniuriam ciuibus alterius Republicae, v. g. aliqua eorum bona captendo, aut detinendo, nolendo soluere clarè ex iustitia debita, aut simili ratione, debet tamen haec iniuria esse notabiliter grauis. Secunda, vt Superiores illius Republicae cuius ciues iniuriam intulerunt, rogati vt faciant iustitiam, reculent aut negligant. Tertia, vt apertè constet illos culpabiliter nolle facere iustitiam. Quarta vt supremus Princeps Republicae laesa aedeatur, & causa cognita concedat facultatem capiendi Repraesaliam. Quinta, vt non inferatur alteri Republicae plus damni quam necesse ad plenam satisfactionem pro iniuria ac damnis acceptis. Sexta, vt non concedantur in personas Ecclesiasticas.

3. His ergo conditionibus positis, puto Repraesaliam licitas esse; & ratio est quia in bello iusto, vt omnes asserunt, bona innocentium licitè diripiuntur quando hoc est necessarium ad obtinendam plenam satisfactionem. Ergo id fieri potest per Repraesaliam, est enim omnino eadem ratio. Nec valet dicere cum Lorca, quòd bellum requirit grauiorem causam, quia eius damna & incommoda sunt etiam longè grauiora & acerbiora quam Repraesaliam. Ad illud verò quod asserit, innocentes non posse laedi in bonis externis per se & directè, etiam in bello iusto; ergo neque in Repraesaliam. Respondeo cum Molina *disput. 120. & 121. Valent. tom. 3. disput. 13. quest. 16. punct. 3. §. 4.* Infero contrariam sententiam esse tenendam, nempe in bello etiam innocentes directè posse spoliari suis bonis & libertate, quod Coninch in *tit. disput. 31. dub. 7. num. 112.* probabilius credit, quando aliter nequit sufficiens satisfactio obtineri pro iniurijs & damnis acceptis. Pro quo nota omnes ciues alicuius Republicae constituere vnum corpus, atque etiam ceteri aliquid vnum, ad eò vt quod Republica ita facit, censentur omnes facere, atque ita hoc peccante censentur omnes & singuli peccasse ac esse punibiles in his bonis, quae censentur bona Republicae, eiusque dominio ac dispositioni subint, quia sunt omnia bona fortunae, non solum communita, sed etiam priuata singulorum ciuium, ex quibus contra Lorcam assero innocentes licet ob aliorum culpam non possent puniri, possent tamen compelli vt satisfaciant pro debito; quod tanquam pars illius Republicae contraxerunt, & hoc efficitur in casu belli & Repraesaliam.

4. Restat modò respondere ad alia argumenta quae adducit Lorca, & ad primum nego, hunc modum compensandi natura sua esse iniustum, quando efficitur cum auctoritate Principis, & seruatis supra dictis conditionibus, ad quae praecise, quia aliter satisfactio obtineri nequit, quod aequitati naturali nullo modo repugnat, cum is qui grauatur in Repraesaliam, sit huic grauamini obnoxius ratione Republicae cuius est pars, & cui sua bona obstricta sunt. Vnde vsus Repraesaliam ab antiquis proditiisse post Budaeum in *annot. ad legem aut facta, §. euntes, ff. de penis, obseruat Couar. in reg. peccatum, part. 2. §. 9. n. 4. & Gail. in lib. de pignorat. obseru. 2. ad cap. eisi pignorationibus; & ad Authent. vt non fiant, respondeo etiam intelligenda esse, quando Repraesaliam efficitur sine supremi Principis auctoritate, vel sine supra dictis conditionibus.*

RESOL. XXXIII.

*Ad quem capta bona in bello pertineant? Et si bona, quae ab hostibus eripiuntur, sint furto subtrahata, an restituenda sint veris Dominis, vel possint Milites illa sibi retinere? Et an si emprione, donatione, aut alia ratione aliquis ab hostibus accipiat aliquid, teneatur veris Dominis restituere, quod notandum est pro Catholicis Hollandijs, qui aliquando ex preda Indica aliqua à nauis emunt? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 23.*

§. 1. **R**espondeo, si bona immobilia sunt, ad Principem pertinere in satisfactionem iniuriae acceptae, recopensationem expensarum & periculorum, &c. Si verò bona mobilia sunt, regulariter efficiuntur capientium, nisi consuetudo extet in contrarium in aliquo loco, vt ex hoc milites alicuius excitentur ad bellum.

2. Sed difficultas est: si bona quae ab hostibus eripiuntur, sint furto subtrahata, qualia sunt ea quae Turcae à Christianis accipiunt; & quae in bello illicito inter Christiania

Sup. his bonis, & libertate supra in Ref. 26. & in alio §. eius primae not. & in Ref. 28. pro parte.

Christianos aliquando prædantur: An ista restituenda sunt veris dominis, vel possint Milites illa retinere?

3. Respondeo: quòd si bona in mobilia sunt, reddenda sunt veris dominis; si verò bona capta mobilia sunt probabile existimat retineri posse. Valentia tom. 3. disput. 3. quest. 16. punct. 3. Covarruias in Regul. peccatum. part. 3. §. 11. num. 7.

4. Verùm Molina disp. 18. per totam, Coninch disp. 31. de bello dub. 7. num. 122. & alij distinguunt. Putant enim iure naturæ primis dominis esse restituenda, quia non amiserunt dominium: sed iure Cæsareo, & Castellano fieri capientium, si hostes ea deportarunt ad præsidia & loca tuta. Aduertunt tamen suprâ citati Doctores has leges Cæsareas & Castellæ non esse extendendas ad bona sublata ab his, qui subditi non sunt iuri Cæsareo, & Castellæ: quare si bona, quæ Hispanos vsurpat à Turcis, Turcæ accepissent à Gallis, non videtur ex vi harum legum retinere posse: sic è contra, neque Gallus, si vsurpare bona Hispanorum à Turcis; quia Galli & Hispani non subduntur iisdem iuribus.

5. Sed Castrum Palauis tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 4. num. 27. putat in omni ferè natione ius hoc approbante consuetudine esse introductum; & ita etiam docet Emanuel Sæ, verb. bellum, num. 26. & ego libenter huic sententiæ adhareo.

6. Puto tamen cum Hurt. de Mend. volum. 2. disp. 169. sect. 1. §. 119. vt bona mobilia existantia apud victos possint iuste retineri, duo necessaria esse. Alterum, vt hostis res alienas vixerit ad Castrum, aliòve locum tutum, vbi possent ea tueri à veris dominis: alterum vt nox intercesserit inter earum rerum apprehensionem & expugnationem. Si enim hodie hostis prædam agit, eamque hodie ego ei eripio, restituenda est vero domino: si autem elapsa sunt horæ vigintiquatuor, licet non sit in castrò, aliòve loco, dum sit apud hostem in naui, exempli gratia, aut intra bellum, tunc cedit in dominium victoris. Antiqui Romani excipiebant equos & equas frænis assuetas, mulos onerarios, & alia similia. At consuetudo obtinuit, vt hæc quoque sint victoris, cui consuetudini standum, vt gentium iuri: quid autem sit in more positum, melius nouerunt ipsi Milites.

7. Sed post hæc scripta inueni Duallium in 2. 2. tract. de Charitate quest. 16. art. 5. inurgere in leges suprâ citatas: vnde docet non posse bona capta à prædonibus, sicut à peregrinis, atque hostibus, esse ipsorum capientium: numquam enim ipsa in potestatem capientium transferunt, tum ratione Prædonum, cum etiam Militum respectu ipsorum Peregrinorum; & quod spectat ad legem illam, quam adfert Covarruias, non apparet adeò iusta; cum Princeps dominium vtile in bona suorum subditorum non habeat: adeò vt de iis ad arbitrium suum possit disponere. Fator quidem militibus, & aliis, qui hæc bona à Prædonibus & hostibus recuperarunt, concedendam esse compensationem pro laboribus & periculis, quæ subierunt: sed tamen ea suis dominis in Gallia, & multis aliis regionibus restituenda sunt. Accedit ius antiquum Romanorum leg. hostes, & leg. latrones, ff. de captiuis, quo expressè decernitur ea quæ prædones capiebant, non cessisse in dominium prædonum: idèdè que à quocumque postea recuperabantur, veris dominis erant restituenda. Quòd autem iure ipso abrepta ab hostibus, non essent restituenda: siquidem cedebant ipsis capientibus: nihilominus quando bellum est iniquum, non possunt ex iustitia esse capientium, quamuis ius ipsum generaliter loquatur: neque etiam quando in bello iusto à peregrinis; & hostibus capta sunt. Et hæc opinio videtur mihi multo tutior & iustior. Hucusque Duallius: sed sententiæ Covarruias, & aliorum est probabilis, & secuta in praxi.

8. Verùm nota eiusmodi privilegium solum concedi militibus ea bona hosti eripientibus: quare si præda ea alia ratione, verbi gratia, emptione, aut donatione ab hostibus accipiant, tenentur ea prioribus dominis restituere. Non nego tamen quando eiusmodi bona ab hostibus ita capta sunt, vt nulla sit spes recuperationis, rem dominum ea posse recuperare, quamvis ex præsumpta eius voluntate licet ea vili pretio proventum muniter præda à militibus venditur) emere, etiam cum intentione, vt domino comparenti ipsaque repetenti ea restituat recepto pretio, quod pro iis dedit; quod cum huius, (qui aliter rem suam numquam fuisset recuperaturus) negotium vtiliter fecerit: & eundem ex voluntate eius prudenter præsumptum ab eo necesse repetit. Quod notandum est pro Catholicis Hollandis, qui aliquando ex præda Indica aliqua mercantia emunt. Et hæc omnia docet Coninch. disp. 31. de bello, dub. 7. n. 126.

### RESOL. XXXIV.

An omnes Milites alicuius Exercitus deprehensis Urbem, teneantur in solidum ad restitutionem in integrum?

Et an Dux teneatur ad totum, quod per Milites illatum damnus est? Ex p. 3. tr. 5. & Milic. 1. Rel. 87. alias 86.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Syluius in 2. 1. D. de man in Theol. mor. lib. 3. tract. 2. c. 6. n. 5. qui citat Adrianum, Gabrielem, Caietanum, Sotum, Covarruiam, Angles, & Molinam. Hanc etiam opinionem docet Adamus Tannerus in 2. 2. D. Thomæ, disp. 4. q. 6. dub. 1. 4. n. 396. quia singuli efficaciter, etiam non totaliter, ad totum damnus concurrunt, cum vnus alteri præstet fiduciam, auctoritatem, aut qualemcumque opem, nec vnus sine alii facinus aggredi ausus fuisset. Nec obstat si miles dicat, Etsi ego non interfuisset, nihilominus vrbs ab aliis direpta fuisset, nam ita omnes & singuli se excolare possunt, atque totus exercitus restituendi obligationem effugeret, quod falsum est.

2. Secundò, nihil iuvat, si idem milites le excusare vellent, dicendo, Etsi nos Duci non militassemus, & ad iniustam direptionem non conuertiissemus, tamen alij non defuissent, à quibus idem damnus illatum fuisset; nam sicut illi alij tunc restituendi obligationem contraxissent, ita nunc de facto istos contrahere dicendum est.

3. His tamen non obstantibus ego supradictos milites non obligarem ad totam restitutionem; & ita hanc sententiã tenent Valquez opusc. de restit. cap. 9. num. 35. Petrus Nauarra lib. 3. cap. 4. num. 53. Nauarrus cap. 17. n. 20. Paludanus in 4. disp. 15. q. 2. art. 5. & Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 4. n. 27. vbi sic asserit, Miles gregarius non tenetur, nisi de damno, quod ipse in bello iniquo dedit, non autem ad totum illius belli. Non obstat, quòd singuli inuenerint ad iniquam expugnationem, & ingressum in urbem quia solum inuenerint faciendo partem suam, non autem procurando, vt alij suam in illo damno facerent aut urbem expugnarent; vnde sicut iste non est causa damni, nisi ratione partis quam ipse intulerit, ita non tenetur ad restitutionem, nisi pro sua parte. Sicut enim totus exercitus est causa damni, ita singuli iurantantum partis, nisi aliaratione alios iuuant vel intulerint. Dux tamen tenetur ad totum, quod per milites illatum est, quia vel eos ad hoc direxit, vel si non direxit, saltem tenebatur ex officio impedire, ita Lessius, satis quidem probabiliter.

RESOL.



## RESOL XXXV.

An gregarij Milites iniuste innadentes, & depraedantes aliquam Urbem, teneantur in solidum restituere in integrum, vel an solum ad specialia nocumenta, quae quilibet intulit?

Et an vero auctores belli, nempe Principes & Consiliarij teneantur integre restituere, & quilibet eorum alio omissente, & similiter speciales Duces, & Tribuni?

Quaritur etiam, quid facere debeant Milites, qui ignoranter pugnaverunt in causa belli iniusti si subditi sunt, & quid si subditi non sunt? Ex p. 6. tit. 4. Ref. 3. 1.

**M**agna est haec difficultas. Vtrum omnes, qui ad bellum iniustum concurrunt, teneantur in solidum ad restitutionem nocumentorum omnium, quae illata sunt: an solum ad specialia nocumenta, quae quisque intulit? Respondetur dubitari non posse, Auctores belli, nempe Principem & Consiliarios teneri integre restituere, & quemlibet illorum altero omissente. Sic etiam speciales Duces, ac Tribuni, quoad ea damna, quae sui milites eis iuribus inferunt. Praeterea, quando in decursu belli plures sociantur, & se adiuvant, ut aliquam praedam capiant, vel aliquod damnum inferant: certum est, quemlibet teneri in solidum, quia quilibet est quasi causa totalis. Sed probabilius est, singulos milites, qui ad bellum concurrunt, etiam si simul cum aliis in conflictibus pugnent, non esse obnoxios restitutioni omnium; sed eorum tantum, quae ipsi auferunt, vel inferunt; quoniam iste concursus non est sufficiens, ut singuli censentur causa omnium, quae in bello fiunt. Et ita docet ex Sylvestro, Gabriele, & Navarra Petrus Lorca in 2. d. Thoma, sect. 3. disp. 5. 3. n. 5.

2. Sed contrariam sententiam tenet Caietanus in 2. 2. quaest. 6. 2. art. 7. & alij: quia ex dictis Militibus vnus sine alio non auderet, verbi gratia, urbem inuadere, nec posset inferre damnum; atque ita in tali casu quilibet inuadit alterum, & facit alterum fortiores; & sic quilibet videtur de omni damno teneri.

Verum ego sententiam Petri Lorcae probabilem esse puto, quam etiam tuetur Nauarrus in Manuali cap. 17. num. 21. & Paludanus in 4. distinctione 15. quaest. 2. articulo 5. cum aliis, quos ego ipse citavi, in 3. parti. tract. 5. resol. 86.

3. Non desinam tamen hic adnotare nouissime Ioannem Vigers de iust. & iure tract. 3. cap. 2. dub. 5. nu. 40. has pugnantis sententias feedere distinctionis conciliare: sic enim asserit. Ceterum videntur mihi istae sententiae posse conciliari, & amba bene explicata habere veritatem: quod fieri poterit hoc modo, dicendo scilicet, quod Auctores sententiae posterioris loquantur in casu, quo Milites tantum iussu Superioris inuadunt urbem aut Castrum, ipsis inter se non communicantibus de inuadendo & spoliando vrbem; sed iam loco superato & obtento incipiant pro sua particulari voluntate praedis agere absque omni respectu vnus ad alterum; neque enim solet tunc vnus ab altero in praeda capienda dependere, aut iuari: & tunc videtur verum, quod non singuli teneantur in solidum de tota praeda, quodque isti sic intellexerint suam doctrinam, satis ex adiunctis percipitur. Prioris vero sententiae Auctores dicantur loqui in casu, quando omnes communi consilio, aut motu exhortatione, & veluti vna manu inuadunt locum, aut domum ad depraedandum: proxi saepe contingit, quod aliqua

pars exercitus tali motu diripiat minora oppidula, aut aliqua loca minus firma, vel etiam exercitus se se ad praedam animans, & sine iussu superioris oppugnans civitatem & diripiens: & in eiusmodi casu veritatem obtinet, sicuti omnino apparet quod singuli in solidum teneantur de toto damno quem sentum etiam satis praese ferunt verba horum Doctorum. Huevque Vvigeri.

4. Sed hic obiter quaerendum est magis generaliter: quid debeant facere milites, qui ignoranter pugnantur in causa belli iniusti? Respondendum est: quoadiu ignorat iniustitiam causae, nihil debere facere, si probabilis sit eorum ignorantia, seu quae adhibita morali diligentia vinci non poterit; praesertim si sint sequuti Principem, cuius sunt subditi. Itaque non teneantur restituere ea, quae ex hostium spoliis consumperunt bona fide, neque refarcire damna quae intulerunt. Vbi autem sciuerunt bellum esse iniustum, debent ab eo desistere, ac restituere ea, quae ex hostium spoliis apud se adhuc habent, cave in quibus facti sunt locupletiores. Qui autem subditi non sunt dubitantes de belli iniustitia, si postea constat bellum iustum esse, ad nullam restitutionem teneantur; cum nec Princeps, quem inuerunt, ad illam tunc teneatur. Sin constet de iniustitia, vel de ea dubitetur, idem teneantur restituere. Et ita docet Reginaldus, tom. 2. lib. 21. cap. 8. n. 104.

## RESOL XXXVI.

An Miles subditus possit militare in bello iniusto?

Et an teneatur subditus inquirere iustitiam belli, dum est dubia negotiatio?

Et an subditus indoctus qui non potest discernere, quando sit causa iusta aut dubia, teneatur semper obedire Superiori precipienti?

Et quid est dicendum, si amicus, a quo Rex petit auxilium dubitet de iustitia belli, possitne illum iuvare? Ex parte 9. tractatu 8. & Mlic. 3. Ref. 64. alias 63.

**A**ffirmatiue respondet nouissime Emanuel Themudo in Decisionibus Olyssiponensibus, part. 1. Decis. 93. num. 10. asserit enim quod licet bellum, quoad caput, & Reges indicentes, ex iniusta causa sit illicitum; tamen quoad subditos dicitur licitum, quia necessitas facit de illicito licitum, Baldus consil. 358. licet Laurunculus numero 2. vers. super. 2. lib. 2. quem refert & sequitur Cardinalis Tuleus verb. Bellum, concl. 35. n. 5.

2. Amicissimus, & doctus Caramuel putat hunc casum esse impossibilem, sic enim ait, in Theolog. mor. lib. 3. q. 2. num. 1412. An miles, certo sciens causam belli esse iniustam, possit militare? Respondeo casum esse impossibilem. Bella enim arcano consilio & sine geruntur, nec causa cognoscitur a milite gregario. Supponendum est enim multa arcana militibus celari, pauca exponi. Ovvenus nomine Scholastici.

Scire tuum nihil est nisi scire tuum sciat alter,

ait, & nomine Politici subsumit;

Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est.

Saepe enim expedit rem ipsam fieri, causas & motiva ignorari. Si dubites, legas libros Politicos, Francisco Guicciardino Hypomnensis I. Princeps legati sui opera alium circumuenturus, primo omnium Legatum ipsum decipiat, oportet. Ergo cum in rerum politicarum mysteriis sit recondita veritas, & color solus extrinsecus oculis proponatur, impossibile est alium praeter Principem (aut forte etiam intimos Consiliarios ipsius, sed & hi solent decipi) cognosce-

Sup. contentis in hoc §. infra in Ref. No § penult. & in Ref. 38. §. Sed hic.

re certò veram armorum causam.

3. Dices etiam illam posse euidenter inferri; nam Principes manifestationes suas curant edi, nè iniqui à populo credantur: ergo si causæ, quæ publicantur, tales sunt, vt bellum euidenter iniustum credendum sit, necessario tenendum omittas esse debiliores; quia alias imprudenter omittas; deberent enim poni, vt clarior esset causæ iustificatio.

4. Sed nego manifestationes edi, nè Principes iniqui credantur; id enim non semper omnes curant; nam eduntur, vt potentius Aduersarios impugnent. Si Græci haberent contra Albanos iustas bellandi causas secretas tamen, & nihilominus sibi ab aliorum fortitudine, & numerositate timerent: possent illis declarare bellum quòd Tarquinij filium à Romanis profugum amice receperint. Sanè hæc causa non esset iustificans, vt bellum diceretur iustum, & tamen alias esse iustum supponitur, & hunc colorem quaesitum, vt prouocarent Romani Albanos inuadere, & Græcos Romanam authoritatem propugnantes iuare. Hucusque Caramuel.

5. Sed ego inuenio Doctores communiter supponere bellum Principis posse constare esse iniustum, vt patet penès Patrem Franciscum Lugo de Princip. Theol. mor. par. 1. cap. 3. quæst. 12. num. 89. & ideo reicienda est prorsus opinio Themudi, quam superius posui; quia bellum iniustum est de se illicitum: ergo necessitas non potest illud de illicito licitum facere; & contrarium asserere, est error manifestus, & dignus graui censura. Dico igitur, quòd si miles subditus sit, quoties ipsi non constat de iniustitia belli, potest obedire quia tunc præsumere debet bellum esse iustum. Sic decidit Augustinus in cap. quid culpatur. 23. quæst. 1. & docent Valentia, tom. 3. disput. 3. quæst. 16. punct. 2. Valquez ni. 1. 2. disp. 66. cap. vlt. Molina tom. 1. tract. 2. disput. 113. col. 3. Nauarr. lib. 2. de Rest. cap. 3. part. 2. dub. 12. num. 260. Thomas Sanchez lib. 9. decal. cap. 3. num. 15. Salas. tractat. 8. sect. 26. num. 266. Villalobos tom. 1. tractat. 1. disput. 18. Suarez de Charitate disput. 13. sect. 6. n. 8. Nec tenetur \* subditus inquirere iustitiam belli, dum est dubia negatiue, quia scilicet nulla specialis ratio suadet iniustitiam illius. Quare tunc potest, imò tenetur, si iubeatur, pro suo principe militare. Si vero subditus habeat dubium positium, & probabilem putat vtriusque partis opinionem, poterit, quam maluerit, amplecti. Si tamen rationes, ita suadent iniustitiam, vt non appareat contraria pars probabilis, tenetur amplius disquirere veritatem, ne periculum subeat iniuste pugnandi. Sic Suarez supra; & Castro Palaus tom. 1. tract. disp. 2. punct. 8. num. 2.

\* Sup. hoc infra in Ref. 37. ad mediũ & in Ref. 39. §. 1. ad medium, & in Ref. 40. §. Secunda. & in Ref. 41.

\* Sup. hoc in Resolutionibus not. prax. terice.

6. Sed non deseram hic apponere sententiam Patris Arriaga tom. 1. in part. 2. disp. 25. sect. 5. n. 56. vbi ita asserit: \* Vtrum subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur semper obedire superiori præcipienti? v. g. Rex vocat milites ad bellum, miles dubitat, vtrum sit bellum iustum, an possit, & teneatur obedire Regi? Suppono, quòd si ille dubitat non solum de belli iustitia, sed etiam an sibi liceat ire ad illud bellum; certum sit non posse ire, nisi deposito eo dubio; quia operari cum conscientia dubia circa ipsam actionem hic & nunc, peccatum est: est ergo difficultas vtrum ille possit sic discurrere; Rex debet dignoscere causas iustas belli, & ipse est bonæ conscientie; suppono ergo illum benefacere, ideoque & mihi licere illum sequi? Respondeo primò, Si dubium de iustitia belli sit purè negatiuum, quia neque pro illo, neque contra illud vllam habet subditus rationem, omnino teneri; nam possessio stat pro Rege: non enim debet sine vllò planè fundamento de eo præsumi delictum, quale esset iniustum bellum in-

dicere. Si verò dubium sit positium ob aliquas rationes, v. g. quia scit subditus sæpe cum Rege iniusta bella mouisse, vel quia videt fieri contra Catholicos in fauorem hæreticorum, vel ob alias rationes, quas ipse non seis soluerè, quæque ipsum tenent perplexum; putarem omnino tunc temporis non posse ex sola præsumptione, quòd alter sit Superius, iudicare sibi licitum esse illud bellum; est enim subdito ipsi iam Rex suspectus, debet ergo in tali casu alicui homini docto iustum dubium proponere, & consilium ab eo petere? quod si ipsi dicatur: Hæc quidem ratio habet aliquam difficultatem; Rex tamen ob alias causas iustiores, & præponderantes, quæ non debent manifestari alijs, potest licite inferre, &c. tunc poterit sine scrupulo ad bellum illud ire. Hæc Arriaga.

7. Vtrum obiter in gratiam Curiosorum ponam hic alterum dubium. Quid dicendum si amicus à quo Rex petit auxilium, dobitet de iustitia belli? Ad hoc dubium respondet supra Pater Arriaga; & quia Codex non ita facile inuenitur, accipie eius verba. Difficultas est, vtrum si Rex ab amico aliquo petat auxilium pro bello, & dubia sit amico iustitia belli; possit iste per extrinsecam principia de bonitate Regis præferre illum habere iustas causas, eumque iuare? Syluester. verb. Bellum. 1. quæst. 9. assignat discrimen inter subditos, & amicos, de illis asserit, de his negat. Difficultas id Patris Valquez supra, numer. 53. ait enim; sicut amicus non potest ire ad bellum dubium, nisi per extrinsecam principia deponat dubium; ita nec subditus: & licet subditus non tenetur Rex manifestare causas belli, ita nec amicus sæpe potest: ergo eadem est ratio de amicos, quæ de subditis. Mihi tamen probabiliter videtur ea sententia Syluestri, nam cum subditus sit in certa obligatione obediendi Domino, & Dominus in possessione iuris ad mandandum; non potest eximi ab ea obligatione obediendi, & licet Rex Regem per solum dubium circa iustitiam belli, & amicus, qui ex nulla obligatione obediendi, aut iuuandi, neque ex vlla præsumptione iuris, sed omnino liberè & spontaneè conuenit, maiorem debet habere de belli iustitia rationem. Quòd enim quis in dubium aliquod cum minori obligatione inuadit, minus operatur prudenter. Fateor ergo non esse necessarium, vt in particulari causis belli Rex manifestet, etiam amicis: si amicus habeat tam efficacem rationem in contrarium ad iudicandum bellum esse iniustum, vt non possit dubio satisfacere; & in communi solum audiat esse alias æquæ fortes causas in contrarium; cum enim eas, quæ contra bellum iustum ipse agnoscat, & alias ex sola ea iustificatione non ita apprehendat; ac denique etià quòd iniuste pugnatur, soleat dici sepe esse iustas causas pro eo bello, vt poterit excusari, si tunc annuat vocanti, nisi per se omnibus rationibus deprehendat se nullas habere probabiles rationes contra æquitatè belli, sed purum negatiuum dubium, quòd scilicet non sciat, quæ sint pro bello, tunc enim libenter admitterem cum Patre Valquez illum posse annuere vocanti, cogitando sic, mihi in contrarium nihil occurrit, & aliunde Regem suppono esse bonæ conscientie; ergo potero illum iuare.

8. Ad do pro maiori huius rei intelligentia, etiam si absolute bona personæ conscientia, magna sit præceptio ad iustificandas illius actiones, in Regibus tamen magnum esse sæpe in his rebus errorem: contemnit enim eos habere iuxta se ministros, qui propter propriam vtilitatem, vel ex malitia, vel quia ab aliquibus subornati sunt, vel quia ex bello sperant maiorem lucrum, vel ob alias causas, ita dimittunt rationes in contrarium Regibus proponunt; proprias verò ita fortiter, vt Rex putet inuincibiliter se habere nullam causam.

causam, vbi re ipsa iniquissima est; & quia nihil ad Regem immediate peruenire potest, sed omnia per eos mittuntur; & sicut rerum colores per vitra varij coloris immutantur, vt quæ alba sunt, apparent viridia; & viridia rubra, ita, &c. inde fit vt non possit quis, quantumvis de bona conscientia Regis ei conset, facere inde præsumptionem de belli iustitia. Vnde amici, ad quos liberius perueniunt rationes, in vtramque partem, quando habent potentes rationes contra iustitiam belli, & nunquam audiunt alias sufficienter compensantes; meritò possunt, & debent timere, ne ibi fraus lateat, & Rex decipiatur; ideoque non sufficienter exculabuntur, si leuiter credant: neque iuuabuntur ob bonam Regis famam, nisi etiam ipsius ministri, & à prudentias, & à timore Dei reddantur in hoc puncto, & in alijs omni suspitione maiores: tunc enim facilius, credi potest, eos habere iustas causas, etiam si eas non vulgè passim. Et hæc omnia docet Arriaga loco citato cui Ego etiam adhæreo: & vti nam hodie ab aliquibus considerentur.

RESOL. XXXVII.

An Milites non Subditi alicuius Principis teneantur inquirere iustitiam belli quia Milites subditi ad hoc non teneantur? Ex punct. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 32.

Milites subditi ad hoc non teneantur, difficultas est de militibus non subditis, & quia calus in praxi frequenter potest accidere, ego in 2. part. tract. 5. resol. 36. adduxi aliquos Doctores pro negatiua sententia, quibus nunc addo Castrum Palatum in opere mor. tom. 1. disp. 2. punct. 3. num. 4. vbi sic ait. Valde probabile est eodem modo milites non subditos bellare posse, ac possunt subditi, neque aliquam esse inter illos differentiam, quia cuiuslibet licitum est alterum iuuare in re, quæ præsumitur iusta, præcipue cum non leue emolumentum inde accipiat! cum igitur bellum præsumatur iustum, & dum de iustitia non constat, efficitur posse quemlibet in illo iuuare. Ita ille. Negamus igitur cum Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 16. Molina præc. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 114. & alijs, milites non subditos non posse bellare, nisi certitudine moralis constet illis bellum iustum esse. Idè ego puto, si milites tam subditi, quam non subditi dubium habebant positium, hoc est, rationes probabiles pro vtraque parte de iustitia belli, posse se illis conformare: si autem rationes ita sint vrgentes de iniustitia belli, vt dicti milites probabiliter nequeant illas soluere, teneantur tunc aliquo modo veritatem inquirere ne se periculo morali iniustitiæ exponant; tamen hoc onus addit Palauus ex Suarez non esse facile militibus imponendum.

RESOL. XXXVIII.

An Miles extraneus, vt licite possit militare in Exercitu alicuius Principis teneatur examinare iustitiam belli? Et si tales Milites postea comperiant à parte ipsorum bellum fuisse iniustum, teneantur restituere damna, quæ dederunt? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. Ref. 28.

Dixi militem extraneum, nam subditum minimè teneri: tradunt communiter Do-

ctores. Difficultas igitur est de milite non subdito, & affirmatiuè respondent plures Doctores, quos ego alibi adduxi, & plena manu adduxit Metolla tom. 1. disp. 3. c. 3. n. 327.

Alibi in Ref. præcetera, à principio, & in Ref. 1. post seq. 3. Tertia ad medium, & infra in Ref. 51. recitatur in 5. & 6.

2. Probatur hæc opinio, tum quia miles in tali casu exponit se periculo inferendi damnum iniustum aduersarijs, quibus, vt damnum iuste inferatur, debet esse in inferente moralis certitudo de iustitia, tum quia nulla necessitas eum cogit ad obtemperandum Principi non superiori, & cum tali periculo; atque vt habetur regul. 19. de regul. iuris in 3. non est sine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet, se immiscet, nempe rei periculose, & quæ alteri damnum affert.

3. Deinde quoties quis speculatiuè dubitat, an talis res licita sit, tenetur quoque practicè dubitare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium practicè practicum, stante contraria speculatiuè: at quoties subito præcipitur aliquid, de cuius honestate ipse dubitat speculatiuè, adest specialis ratio cogens ad contrarium iudicium practicum formandum; nempe præceptum Superioris, in eo dubio possidentis. Cum ergo hæc ratio celsè in non subditis, non poterunt stante iudicio speculatiuè dubio contrarium practicum concipere, vt vel sic possint licè cum eo dubio speculatiuè operari.

4. His tamen non obstantibus, aliqui quis quidem probabiliter, contrariam sententiam tenent, & non admittunt prædictam distinctionem inter militem subditum, & extraneum: Probatur hæc opinio, primò, quia vel actio ipsa secundum se, secluso præcepto superioris, est licita, vel non est licita, si est licita, etiam non subditus poterit ad eam concurrere: si non est licita, neque etiam subditus poterit, quia actionem secundum se illicitam non potest superior, præcipere, neque eam licitam reddere, quando ipse non potest dispensare in lege, quæ reddit actionem istam illicitam. Secundò probare potest, quia si alienigenæ qui stipendio accepto se prius alicui Principi addixerant, possunt in d. bio militare: ergo poterunt etiam de nudo se eius obsequio addicere post exortum bellum: quod enim in primo casu inueniantur iam obligati ad ei obsequendum ex pacto antecedenti, parum refert, solum enim se obligarunt ad inferendum, & obediendum in iis, ad quæ se poterant obligare. Si ergo postea non possunt se ad illud bellum obligare propter periculum iniuriæ, cui se exponant: nec etiam antea ad id se obligarunt. Tertio denique quia non omnes subditi obligantur Principis sui præcepto ad militandum, sed maior pars sponte bellum suscipit; ergo si hi possunt auctoritate sui Principis absque obligatione dubium deponere, & militare; poterunt etiam non subditi: nam Principis auctoritas eandem efficaciam habet ad mouendum non subditum, vt dubium deponat, quam habet respectu subditi, quem præcepto non obligat.

5. His suppositis ad quæstionem propositam respondeo, licitum esse militibus regi subditis, & cuiuscumque etiam extraneo sub Principe militare, quotiescumque constat regem esse hominem iustum, & prudentem, qui non nisi summo consilio bellum solet mouere, quia hoc sufficit, vt milites bellum iustum esse præsumant.

6. Itaque Principes, & personæ etiam non subiectæ bellanti, qui dum vident principem probum, & habentem probos consiliarios mature bellum indicentem, bona fide sibi persuadent iustam esse causam

M m

causam, etiam si aperte id non constet, licet possunt adiuvare partes talis Principis, nisi forte habeant vehementes rationes dubitandi de iustitia illius belli.

7. Prima pars conclusionis, probatur primò, quoniam ad ipsos non pertinet ex professo discutere causas belli, ergo sufficere eis, quod bona fide sequantur causam quam existimant esse legitimam. Confirmatur, quia sic prudentè operantur sequentes illum Principem & Consiliarios.

8. Secundò probatur, quoniam aliàs ferè omnes milites essent in peccato mortali, quia qui cautius procedunt modo assignato in hac conclusione: Confirmatur, quia aliàs sæpè remaneret perplexi, & exponerentur irrogare iniuriam principi bel-lanti.

9. Tertio. Nam bellum indictum ab habente auctoritatem in dubio præsumitur iustum, vt ex Panormitano tradit Sylvester *verb. Bellum 1. num.*

5. Mascard. *verb. Bellum num. 5.* Menochius de *presumptionibus l. 6. presumptione 96. n. 7.* Ergo miles prudenter præsumit se sequi iustam causam.

10. Quarto, nam vnicuique licitum est alterum iniuvare in re quæ præsumitur iusta, maxime, si non leue emolumentum inde percipiat.

11. Secunda pars conclusionis probatur, Primò, quia potest esse tam manifesta iniustitia causa, & communiter apud plures cognita, vt illam omninò ignorare non possint milites, & tunc tenentur abstinere.

12. Secundò, quia talia indicia, & ratio dubitandi se possent offerre, quod redderet conscientiam erroneam, vt advertit Victoria in *relezione citata de iure belli num. 26.* Et ideo nostram sententiam modo quo supra explicatam docet Caietanus in *summa, verbo bellum Victoria in relezione de iure belli numero 24.* Bañez 2. 2. *quæst. 40. art. 1. dub. 6. §. Ex quo sequitur vltimo, Suarez disputat. 1. 3. de charitat. sect. 6. num. 9. & 12. Candidus disputat. 37. numero 5. §. dico 9.*

Castro Pilao de *conscientia opinante disp. 3. punct. 8. numero 2. & 24. Quieto tract. 3. controuers. 3. punct. 8. n. 94. Cardinalis Lugo de iniustitia tom. 1. disp. 18. sect. 1. n. 10. cum seqq. Ioannes Ildephonus in comment. ad concl. 19. n. 10; 4. Dicastillus de iure & iustit. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 16. §. 97. num. 370. Franc. Lugo de principis theol. mor. part. 1. cap. 3. quæst. 12. num. 90. Ioannes Vvigers in 1. 2. *Diui Thomæ, quæst. 40. art. 1. dub. 3. num. 50. vbi sic ait: Suarez putat probabilius esse, in dubio externos quoque posse ire ad bellum nullo examine facto, sed onere in Principem reiecto, modò hic sit probæ existimationis, & dubium istorum sit merè negatiuum, scilicet quod nec habeant rationes contra iustitiam belli, nec etiam pro illa, quod dicit etiam aperte doceri à Victoria. Et potest confirmari à simili, quia cuique licet elocare operam suam mercatori ad cooperandum contractibus eius, quos ipse non nouerit esse iniustos, nec probabilem habet rationem dubitandi de iustitia; neque enim tenetur alioquin singulorum iustitiam examinare. Ita ille.**

13. Itaque dicendum est vnicuique licere alterum iniuvare in re, quæ præsumitur licita, maxime si inde iuvans non leue emolumentum & speret & accipiat, sed ex parte talis Principis, vel militis priuati, quando de iniustitia non constat, bellum præsumitur iustum: ergo licitum erit etiam non subditis illum iniuvare. Atque ex his facile respondetur oppositæ sententiæ argumentis. Ad illa petita ex ratione, concedimus non licere inferre damna belli, neque cogi non subditum militem ad hæc inferenda, nec posse ea inferri sine morali certitudine, quod liceat. Ad hoc autem vt moraliter certus sit miles hic & nunc licere licere pugnare, sufficit quod pru-

denter iudicet in auctore belli esse sufficientem cognitionem & certitudinem iustitiæ ad pugnandum. Quam opinionem de illo auctore belli æquè potest habere non subditus aique in bellum. Est autem hoc iudicium probabile, quoties ex parte de iniustitia non constat, & ex alia Principe habetur vir Christianus, & bonæ existimationis. Ita Dicastillus, & alij vbi supra.

14. Et licet grauius damna ex bello sequantur, non minus sequuntur ex bello peracto iniustitiæ ad pugnandum. Quam opinionem de illo auctore belli æquè potest habere non subditus aique in bellum. Est autem hoc iudicium probabile, quoties ex parte de iniustitia non constat, & ex alia Principe habetur vir Christianus, & bonæ existimationis. Ita Dicastillus, & alij vbi supra.

15. Vnde ex superius dictis his dictis interrogatus ego respondi: Potuisset virum nobilem licet militem extraneum, se constituere sub labro Magni Regis Philippi IV. Catholici, absque examinatione villa de iustitia belli. Quis enim nescit Religionem, & curam conscientie tanti Monarchæ, ut quot consiliarios viros pietate & sciencia insignes apud se retineat.

16. Præsumendum est igitur absque sermo de iustitia armorum eius. Non desinam tamen hic adnotare Caramellem contra communem sententiam Doctorum in *Theologia Morali lib. 3. disputat. 3. quæst. 1. num. 1407.* negare casum esse possibile nempe militem posse dubitare de iustitia belli, propter auctoritatem totius Reipublicæ, Principis & supremi Consilij bellum indicentis: sed hanc Caramelus opinionem docet & late impugnat avicissimus P. Bardi de *Conscientia, discept. 6. c. 9. §. 24. per totum.*

17. Sed hic oritur dubium, An milites qui modo do explicato licite in dubio pugnant, si postea cogantur restituere damna quæ dederunt? Syl. *verb. bellum 1. 3. 9. concl. 3. ait, eos, qui dubij de iustitia belli pugnant, etiam non peccent, excusante eos obedientia Superiorum, cognita tamen postea iniustitia belli teneri restituere quæ consumperunt, & aperte videtur loqui etiam de milites prædicti non sint facti locupletiores: nam dum subdit; quod si subditus probabiliter creditur bellum iustum, non tenetur de consumptis, nisi in quantum ex hoc fit factus locupletior.*

18. Verum Merolla tom. 1. *disp. 3. c. 3. n. 34.* docet non teneri consumpta reponere, sed illa sollemnitate quæ extant, & illa quorum communione aut venditione factus est locupletior. Et ratio Merollæ est, quia cum non peccauerit in accipiendo, non est obligatus ad restitutionem. Sed hæc ratio sufficiens non est, si non peccauisset ratio ob quam non tenetur consumpta restituere, nec tenebitur restituere non consumpta, quia etiam hæc subsistit sine peccato. Et si vtrumque aut alterutrum verum est, etiam erit verum, eum qui consumperit pecuniam alienam putans esse suam, non teneri ad restitutionem, quia & iste in illa consumptione non peccauit.

19. At his non obstantibus sententiam Merollæ amplector, quam ante illum susceperunt Victoria de iure belli n. 32. & 33. & Molina de *Iust. tom. 1. disputat. 13. verb. dubium est, cum aliis.*

## RESOL. XXXIX.

An Milites extranei dubitantes de iustitia belli possint sine peccato militare?

Et an hoc etiam procedat cum Militibus non extraneis, sed subditis? Et an capti in bello iusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte aduersariorum ad suos possint fugere sine peccato, modo scandalum, & promissio ab sit? Ex p. 3. tr. 5. & Milc. 1. Ref. 97. alias. 96.

DE hoc casu his diebus interrogatus fui & ut verum fatear, negatiua sententia est communis; nam Doctores distinguunt inter milites subditos in dubio dei iustitia, quos dicunt posse militare, secus autem extraneos; & ita docet Caietanus ver. bellum. Gabriel in 4. dist. 25. quest. 4. art. 2. concl. 4. Maior ibidem quest. 20. §. ista notatis. Syluester ver. bellum 1. quest. 9. prope finem. Molina de iust. tract. 2. disput. 114. num. 1. Valentia tom. 3. quest. 16. punct. 2. Syluius in 2. 2. quest. 40. art. 1. queritur. 4. concl. 5. & 6. Malderus in 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 3. Molfesius in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 3. num. 162. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 1. diffie. 18. num. 4. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 3. cap. 13. concl. 20. Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 2. 1. cap. 8. sect. 3. num. 103. & tandem hanc sententiam docet Ioan. de la Cruz directorio conscientie, part. 1. pr. 5. art. 3. dub. 2. concl. 2. ybi sic ait. Miles dubitans de iustitia belli, si fit subditus Principis bellantis, aut ab eo conductus, tenetur bellare, quia ad militem, si alius non est Consiliarius, non attinet examinare causas belli; sed se habet vt licitor, qui exequitur iudicis sententiam; esset enim impossibile, & in damnum Reipublice, si omnibus militibus esset danda ratio iustitiae belli; alij autem milites nec subditi, nec conducti, si dubitent de iustitia belli, non possunt bellare, quia nec obedire tenentur, cum non sint subditi, nec stipendiarij, & alij bellando exponunt se periculo irrogandi iniuriam, & sic fit bellent restituerent, sicut & Principes, & Consiliarij damna illata in bello; cuius iniustitiam culpabiliter ignorarunt. Ita Io. de la Cruz, & DD. citati.

2. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam docuit Petrus à Navarra de rest. lib. 2. cap. 3. numer. 278. quia quamdiu etiam miles voluntarius, certus non est de iniustitia belli, non peccat: imò tenetur cogitare Regem illum iustitiam habere; alius peccato temerarij iudicij esset obnoxius, cum condemnet eum, quem sine certis indicij iniuste bellare existimat: in dubio enim de peccato proximi, etiam mihi non superiori, non licet certam ferre sententiam de malo, atque peccato. Unde quamdiu illa dubitatio probabilis manet, de neutra exercitus parte possum iuste iudicare, sed cogitare teneor, vtrumque iuste bellare in sua mente, laborareque ignorantia probabilis, quia scilicet vtrique videtur, ius habere, & iustitiam. Ita Navarra, & post illum tenet etiam hanc sententiam Suarez tract. de charitate disput. 13. sect. 6. num. 11. & 12. vbi pro firmanda hac opinione, sex validissimas rationes adducit; vnde, vt diximus, licet contraria opinio sit tutior, & communior, tamen si aliquis miles hanc secundam sententiam, sequi vellet, non damnarem illum de peccato, nec ad restitutionem vllam post peractum bellum obligarem; maxime, si dubium de iustitia belli fuerit negatiuum, vt ferme semper in militibus esse solet, & ideo Adamus Tannerus in 2. 2. disput. 2. quest. 6. dub. 4. numer. 49. sic asserit. Non videtur facile, peccati mortalis damnandus miles, etiam non subditus, qui aliquoquin non nisi bello iusto paratus est militare; orto inter Principes Christianos bello, & facta prius de iustitia vtriusque partis inquisitione in aequali dubio specula-

Tom. VII.

tino de causa bellandi iusta anceps harena, sed vtramque tamen partem bona fide & iure vtrumque probabili agere existimans, vtrius parti seruire paratus est. Ita Tannerus, & ego,

3. Sed nota, quod post hac scripta inueni, Vasquez in p. 2. disput. 66. cap. 9. sub finem, & Lorcan in 2. 2. sect. 3. disput. 53. num. 7. non agnoscere discrimen inter subditum, & non subditum & ideo docent neutrum posse militare, quando omnibus spectatis de belli iustitia non constat, quia in dubijs tutior pars est eligenda, & licet hos auctores conatur concordare Coninch de actibus supernat. disput. 31. dub. 5. num. 81. tu tamen absolute ne recedas ab opinionibus, quas supra posuimus, nempe posse sine dubio subditum, quando dubitat de belli iustitia, pro Rege suo militare, & secundum probabilem opinionem, etiam non subditum.

4. Notandum est etiam hic obiter, contra Molinam de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 37. num. 10. & alios penes ipsum, non esse improbabile, quod capti in bello etiam iusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte aduersariorum, ad suos fugere possint absque peccato, modo scandalum, & promissio permanendi ab sit. Et ita docent Vasquez in 1. 2. tom. 2. disput. 174. cap. 1. num. 8. & alij, quos citat, & sequitur Laym. in Theol. moral. lib. 2. tr. 3. cap. 12. num. 16. cum pena perpetuae seruitutis naturae admodum repugnet, vt eam sustinere valde difficile sit, si effugere quis possit.

Sup. his in Resolutionibus not. 1. huius Ref. signanter in Ref. 1. 4. & 5.

Sop. hoc fit nam de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 37. num. 10. & in aliis eius not.

Sup. hac promissione ibidem §. Limitanda, & in aliis eius not.

RESOL. XI.

An Milites sine subditis sint, siue non dubitantes de iniustitia belli possint bellare? Et si postea cognoscant iniustitiam belli, quid teneantur restituere? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 7.

PRIMA opinio absolute affirmat, siue miles sit subditus Principis bellum indicentis siue non, posse bellare; quia dum de iustitia belli clare non constat, semper praesumendum est pro Principe bellum indicente, vt iuste procedat, Ita Petrus Navarra de rest. lib. 2. cap. 3. part. 2. dub. 12. num. 160. quem citat, & sequitur Ioannes Salas in 1. 2. D. Thoma quest. 21. tract. 8. disp. 1. sect. 26. num. 272.

Sup. prima diffie. tituli huius Ref. & omni contento in his primis tribus §§. supra in Ref. 36. 37. 38. & 39. per totas, & infra in Ref. seq.

2. Secunda opinio absolute negat, etiam si miles Principis subditus, quia in dubio an res praecipua sit licita, non potest subditus obedire, nisi saltem per extrinseca principia dubium deponat formans iudicium determinatum, quo rem illam licitam esse iudicet. Ita Vasquez in 2. 2. D. Thoma disput. 66. cap. 9. num. 53. & Lorca in 2. 2. sect. 3. disput. 53. n. 7.

3. Tertia opinio distinguit, nam si milites sint subditi Principis indicentis bellum, possunt in dubio de iustitia belli, ad bellum procedere; secus autem si non sint subditi, & ratio est, quia in dubio, & vbi contrarium aperte non constat, subditi licite acquiescunt sui Superioris iudicio, ceteri vero, qui non sunt subditi, communi lege tenentur ad examinandam honestatem actionum quas aggrediuntur; & ita tenet Adamus Tannerus in 2. 2. D. Thoma disp. 2. q. 6. dub. 4. n. 48. Sanchez in sum. tom. 2. l. 6. c. 3. n. 15. Syluius in 2. 2. D. Thoma q. 40. art. 1. queritur. 4. concl. 5. & 6. Valentia tom. 4. disp. 3. q. 6. punct. 2. §. si autem miles, Molina tom. 1. tr. 2. disp. 113. Azorius tom. 1. l. 2. c. 19. q. 9. Bañez in 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 6. & Iacobus Granado in 2. 2. D. Thoma con. 3. tr. 12. disp. 4. sect. 3. §. 4. num. 41.

4. Omnes istae tres sententiae sunt probabiles & Tannerus vbi supra, num. 49. asserit Romae Patrem Suarez

M m 2 primum

primam sententiam docuisse, quia Advocatus etiam in dubia causa vtrius parti patrocinari potest, & famulus feruire potest domino exercenti contractus speculatione dubios. Et hanc sententiam tenet etiam Vviger. in 2. 2. D. Thome q. 3. art. 1. dub. 3. num. 50.

5. Verum stando in tertia sententia tanquam probabiliori, sub nomine militum subditorum puto intelligi non solum subditos indigenas, sed etiam alienigenas mercede conductos, qui continuis stipendiis sub eodem Principe artea debebant tam tempore belli, quam pacis secus de illis, qui solum tunc tempore belli conducuntur. Ita ex multis Sanchez. *vbi supra* n. 16.

Sup. hoc supra in Ref. 35. §. ult. & in Ref. 38. §. Sed hic.

6. Notandum est tamen hic obiter contra Sylvestrum *verb. bellum* 1. q. 9. conclus. 3. quod supradicti milites si postea cognoscunt iniustitiam belli, non tenentur restituere quae consumpserunt; quia cum non praecaverint, solum tenentur restituere ratione rei acceptae si extet, vel quantum ex ea facti sunt locupletiores; ita ex multis tenet Merol. *tom. 1. disp. 3. c. 3. corol. 2. 2. n. 334.* Non omitam etiam hic adnotare cum Martinez *in 1. 2. tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 5. concl. 2.* quod I ministri Principum, etiam si dubitent de iustitia sententiae, possunt, & tenentur nihilominus illam exequi.

7. Et tandem pro coronide huius resolutionis ponam hic singularem locum Paludani in 4. *disp. 15. q. 2. n. 30.* *vbi* sic ait. De exercitu autem sciendum, quod quando constat dominum habere iustum bellum, subditi tenentur iurare, vel quando dubium est: quando autem est certum de opposito, peccant obediendo; sed quia non sunt principales, nec vnusquisque est adiuvans talis, quod sine eo non fieret praedatio, non tenentur restituere omnia spolia exercitus, sed solum quantum ad eum peruenierit. Ita ille.

## RESOL. XLI.

*An Milites, siue subditi sint, siue non, teneantur examinare iustitiam belli? Ex parte 6. tractatu 4. Resol. 9.*

Sup. hoc in Ref. praeterita §. Secunda, & infra in Ref. 46. §. Sed ego. in ter. in diu. & finem, a vers. Nec tenentur, & in aliis eius annot.

§. 1. **Q**uoad primum, Respondeo negative: quia si esset subditis obligatio disquirendi belli iustitiam, non possent vnquam Principes bellum inferre, quia examen totius exercitus duraret aeternum: nec item possent aperiri consilia Principum, nec omnia, quae ipsi cum hoste gessere. Denique tot Tribunalia essent erigenda, quot milites deligendi. Ratio autem a priori est; quia Princeps ius habet praecipendi militi, vt accepto stipendio obediat in pugna; & hic tenetur parere, in cuius possessione iuris est Princeps: du ergo non constet militi Principem esse in eo iussu iniustum, tenetur illi parere alioquin possessione sua eum priuaret absque causa. Confirmatur, dum tortori non constet de iudicis iniustitia in eo damnando, tenetur eum damnatum capitis obruncare! quia ad eum non spectat iudicium, sed executio: si autem tortori constaret de iudicis iniustitia, teneretur abstinere a caede innocentis: eadem ratione milites tenentur, quia sunt nobiles tortores sui principis & orbis.

2. De non subiectis Principi idem sentio: nempe milites priuatos posse militate sub Principe alieno sine examine caute: vt ego cum multis satis probavi in 4. *part. tract. 3. resol. 7.*

Quae hic est Ref. antecedens, signanter in §. Tertia, ad medium, & in Ref. not. praecedentibus, &c.

## RESOL. XLII.

*An bellare in diebus festis, si per se licitum? Et si fiat praeparatio in die festo etiam extra necessitatem, (si Missa audiat) an sit peccatum mortale?*

*Et an in diebus casuetiam excusetur a peccato, qui operibus, fossa, & vallo, arces, arbes, oppugnare muniunt, & alia similia faciunt? Ex p. 4. 1. 4. & Mol. Ref. 2. 29.*

§. 1. **N**egatiue respondet Suarez de Religione *tom. 1. lib. 2. de festis. cap. 28. num. 8.* Fagundes de *bell. tom. 2. tract. 27. cap. 9. n. 175.* & nouissime Caltrus Palus *tom. 2. de obseru. festorum, disp. 2. punct. 5. num. 11.* quia bellare est actio merè corporalis laboriosa, & est vnus actus mechanicus ergo non est opus liberale, sed feruile.

2. Haec opinio est probabilis, sed non minus probabilem affirmatiuam sententiam esse puto, quam vniuersimè docet ex eadem societate Iacobus Granado in 2. 2. D. Thome *contr. 3. tract. 1. 2. disp. 4. sect. 7. n. 6.* & respondet ad omnia argumenta adducta à P. Suarez de *lib. Caietani* in 2. 2. q. 40. art. 1. 4. Bañ. *dub. 4. n. 4.* Valenzia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 5.* Sa. *ver. Bellum* 1. 3. & Riquiez in *summa part. 1. c. 126. n. 10.* putant, praeparationem, si fiat in die festo, etiam extra necessitatem, si Missa audiat non esse peccatum mortale; unde licet existiment esse veniale: ego tamen puto cum Granado *vbi supra* n. 63 qui citat Lorcan, valde probabile esse, nullum esse peccatum, si Missa audiat.

3. Adde, quod, etiam stando in prima opinione, bellare in die festo ferè semper est licitum, cum tempore aliqua vtilitas, aut necessitas in non differendo bello ad aliud tempus, si statim commodè geri possit: unde excusantur, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, vides, oppidave muniunt, & alia similia faciunt.

## RESOL. XLIII.

*Quo tempore sit licitum bellare? Et an in diebus festis, si necessitas poscat, & secus si non poscat, licitum sit bellare absque culpa peccati mortalis, si Missa non praeparatur? Et an quando bellum est in prociuitate, teneantur Milites audire Missam in die festo? Ex parte 6. tractu 4. Ref. 32.*

§. 1. **R**espondeo: Ab Aduentu vsque ad Octauam Palchae prohibuit bellare Alexander III. in *cap. Treuga, de treug. & pace*, sub grauibus peccatis, & comminatione excommunicationis: sed hoc praecatum receptum non fuit, vt ibi notat Glossa, & tradit Valenzia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 5.* Suarez *disp. 23. de bello sect. 7. n. 24.* & alij.

2. Verum difficultas est de diebus festis. Et quidem seculum necessitate & vtilitate in illis pugnatione posse docet Caltrus Palus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 12.* quia est opus feruile: & D. Thomas in 2. 2. *quest. 40. art. 4.* docet licitum esse bellare diebus festis, si id necessitas poscat; secus si non poscat. Et Caietanus in Commentario sub nomine necessitatis intelligit etiam vtilitatem.

3. Sed ego certum puto: quando in die festo non negligitur Missa, tunc non est peccatum mortale tale bellum offensiuum exercere. Ratio est, quia in die festo solum prohibentur opera feruilia, id est, quae feruorum propria sunt ad bellare non est opus feruile, quia non minus pertinet ad Dominos, ac Principes quam ad seruos. At saltem sit veniale? affirmat Bañ. n. 2. quia bellum affert magyas distractiones, quae impediunt pietatem ac devotionem, cui diebus festis vacandum est. Molina putat non sepe esse veniale, quia saepe fit vt milites quando pugnant, potius abstrahantur

à peccatis, quàm à pietate. Nam extra pugnam, quando in otio viuunt, multas habent peccandi occasiones, quas non habent in ipsa pugna actuali. Tunc potius solliciti sunt de pia morte, & dolore peccatorum, quàm de nouis peccatis perpetrandis, vel etiam excogitandis.

4. Verùm contrariam sententiam tenet Lorca in 2. 2. *quest. 20. artic. 4.* ubi sic ait. Non solum propter necessitatem videntem, & utilitatem sed abique vtraque, & etiam si bellum sit iniustum, non existimo esse peccatum præliari in die festo, dummodo Missa non prætermittatur. Circumstantia enim diei festi non vitiat bellum iustum, aut auget malitiam belli iniusti, quoniam præliari non est opus seruile. Non esse autem seruile declaratur exemplo, nam agere ludos bellicos, vt hastiludia in die festo exultationis aut exercitationis gratia, censetur licitum, & non computatur inter opera seruilia; & rixari priuatum in die festo, etiam vsque ad occisionem hominis, non existimatur opus seruile, nec contra festiuitatis obseruationem; ergo nec publicum bellum. Quid enim interest? Itaque nulla est circumstantia temporis ad bellandum obiectanda. Quod plene definiti videtur Nicolaus in *cap. si nulla, allegato*. Si nulla, vrget, inquit, necessitas, non solum in quadragesimali tempore, sed omni est à prælio abstinendum. Si autem inuitabilis vrget necessitas & importunitas, nec quadragesimali tempore est bellorum præparationi parcendum; ac si dicat. Solum in considerandum est, an bellum sit iustum, & necessarium: de tempore autem nulla est habenda ratio.

Et hanc sententiam præter Lorcam docet nouissimè Hurtad. de Mend. vol. 2. *disp. 169. sect. 15. §. 150.* Coñinch. *disp. 31. de bello dub. 7. n. 123.* Molina t. 1. *tr. 2. disp. 111.* Reginaldus tom. 2. *lib. 21. c. 8. num. 99.* quibus ego adhaereo.

5. Quæres. An in die festo; quando prælium est in prociectu, ad Missam audiendam Milites teneantur: Caietanus & Lorca Cisterciensis asserunt, Missam non esse prætermittendam abique grauissima necessitate; sed tamen satis respondetur, si auditio illa Missæ præparationi ad prælium non noceat, consuetissimum, imò necessarium est eam audire: in hoc enim casu præceptum Ecclesiæ obligat: sed si tantisper hæc auditio impediatur, aut milites ne se, vt par est, ad pugnandum accingant; aut Sacerdotes, ne vacent tunc confessionibus ipsorum Militum audiendis; quod opus præstat auditioni Missæ, non est dubium, quin ab eius audicione merito excusentur. Et ita tenet Duualhus in 2. 2. *Diui Thomæ tractat. de charitate, quest. 16. art. vltim.*

## RESOL. XLIV.

An secreta Principum, seu Exercitus licitum sit reuelare ad euitanda tormenta, & iacturam vite?

Et an liceat ad euitandum graue damnum alterius crimen occultum & peccatum tibi sub secreto reuelatum manifestare, etiam si illi inde mors imminet, aut infamia, modo illud secretum sine vi & fraude ab eo acceptis?

Et quid, si sine causa suprascriptum crimen occultum, & peccatum proderet, an extra peccatum teneatur etiam ad restitutionem, si pro deposito aliquid accepit? Ex parte 6. tractatu 6. & Misc. 1. Resol. 60.

§. 1. Respondeo negatiuè. Et ideo assero, quòd si aliquis sciat secretum Regis, seu exercitus, vel Reipublicæ; ex cuius reuelatione vel vita,

Tom. VII.

vel fama Regis, vel magnum aliquid bonum publicum pendet; non licebit illud reuelare; quia præcunte natura lumine docemur bonum commune antefendum esse priuato. Vnde sequitur militem Hispanum à Gallo in bello captum, quamuis tormento um vi torqueatur, aut occidatur, non posse tuta conscientia secreta iusta sui exitus aperire; nec è contra Gallum militem secreta exercitus Gallie, quando ea secreta conducunt ad conseruationem totius exercitus. Et ita docet Nauarra de *restit. lib. 2. cap. 4. num. 130.* Malderus de *iniuria, tract. 7. cap. 1. dub. 10. & 11.* & alij quos citat & sequitur Fagundez in *præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 8. cap. 6. num. 11.*

2. Notandum est tamen seclero suprascripto casu ad vitandum graue damnum, verbi gratia, torturam, poteris licite alterius crimen occultum & peccatum tibi sub secreto reuelatum manifestare; etiam si inde mors illi imminet, aut infamia sequatur: modo illud secretum sine vi & fraude ab eo acceptis. Probatur: quia si illud non teneor seruare, quando vergit in damnum proximi; multò minùs teneor quando vergit in meum damnum; nemo enim magis proximus est, quàm quisque sibi. Secundo; quia non teneor cum tanto meo incommodo seruare vitam aut famam proximi. Tertio; quia illud secretum est quoddam veluti depositum apud me occultatum, quod non teneor cum tanto damno meo seruare occultum; si tamen sine causa proderem, inferrem iniuriam deponenti, & tenerem ad restitutionem, si pro deposito aliquid accepit, quia voluntarie essem causa damni proximo illati. Ita Nauarra & Fagundez *locis citatis* quibus adde L. sium *lib. 2. cap. 11. dub. 8. num. 54. & seq.*

## RESOL. XLV.

In quo peccant Milites erga eos, apud quos commorantur?

Et quid teneantur restituere?

Et de aliquibus alijs agitur, in quibus peccant mortaliter Milites, si non obediunt Duci, vel residet militia: & quis, quid, & quibus in aliquibus alijs casibus tunc occurrentibus restituere teneatur? Ex parte 6. tractatu 4. Resolutione 26.

§. 1. Respondeo grauitè peccare milites, & cum onere restituendi.

1. Primo, qui aliquid Rusticis, alijve, apud quos hospitantur, aut per quos transeunt, subripiunt; aut ab iniuris extorquent præter ea, quæ ex constitutione Principis debent eis subministrari, quæ seruitia vocare solent, vt sunt lumen, ignis, lectus, palea. Nec excusantur; si Rustici petentibus, aut quandoque etiam vltro iis offerant pecuniam, aut similia; quia donationes illæ communiter non sunt spontaneæ, sed coactæ; metu maioris mali: atque ita peccant accipientes, nisi constet eas omnino liberè fieri.

3. Secundo; quando actu aut favore ab iis, qui ipsis hospitia debent præscribere, obtinent plures schedulas, quibus iis diuersæ domus pro hospitio assignant; & deinde ab aliquibus pecunias accipiunt, vt apud eos non hospitentur: quæ ratione multi iniuste grauantur.

4. Ex priore dicto excipe casum, quo milites ob defectum solutionis sunt in extrema, aut graui necessitate; ita vt se sustentare nequeant: nisi à suis hospitibus sibi necessaria extorqueant; tunc enim id licite faciunt. Quæ hic maxime locum habent, cum alijs milites necessarid debent aut perire, aut castra deserere, quod fieret cum maximo totius communitatis,

M m 3 atque

atque aded eorum, à quibus dicta accipiunt, damno. Cum igitur eorum vita ac opera sint his necessaria, merito coguntur eos sustentare.

5. Duo tamen hic obseruanda sunt. Primum, vt Milites nihil ab iis extorqueant: quod iis non sit necessarium ad suam sustentationem. Secundum, vt Princeps, aut reliqua pars Reipublicæ compenset ea grauamina illis hospitiis; quatenus ipsi præ reliquis fuerunt grauati: nam cum militum sustentatio cedat in bonum totius patriæ; communibus sumptibus fieri debet; nec vna pars præ alia debet grauari: præsertim ita notabiliter. Et hæc omnia docet Coninch. *dispur. 31. de bello dubitat. 7. num. 98. & 99. Palauis tom. 2. tractat. 6. disputat. 5. punct. 6. num. 4. Becanus in 2. 2. cap. 25. quest. 15. num. 1. Molina tom. 1. tr. 2. disputat. 117. Villalobos in summa tom. 2. tract. 5. disp. sic. 11. num. 8. & 9. & alij.*

6. Non desinam etiam hic obiter adnotare cum Hurtado de Mendola *vol. 2. disput. 169. sect. 13. §. 130.* quod quando Capitaneus generalis interdicat militi spolia: quia non vult hostem tam acerbe plectere, nec relinquere in egestate; tunc miles tenetur hosti restituere, quæ contra Capitanei legem auxit. Quia poena non potest infligi, nisi per iudicis sententiam, miles autem non est iudex; id enim spectat ad caput exercitus. Si verò Dux interdicit spolia non ob commiserationem in hostem, sed ne miles spoliis onustus retardetur ab asequenda victoria; & hostes infestando: tunc non peccatur contra iustitiam, sed contra obedientiam.

Sup. hoc  
cum aliis D.  
D. supra in  
Ref. 31.

\* Sup. hoc  
ibidem §. 11.

Sup. hoc ibi-  
dem §. Quo-  
ad secundum.

7. Et tandem non desinam hic apponere verba Layman, qui supra dicta confirmat, & aliam etiam addit: asserit igitur, quod milites obligantur sub mortali. Primò, vt Duci ac Præsidi militiæ obtemperent, in acie & pugna consistant, & non facile fugiant aliisque timorem iniciant, *iuxta leg. omne delictum, ff. de re milit.* Secundò \* vt stationem seruent, arcem sibi commissam defendant etiam cum vite periculo, quandiu spes defendendi superest, alioquin capite plectuntur, *iuxta leg. 2. ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* Tertio, vt sine Ducis sui consensu à Castris vel exercitu non discedant: quandoquidem tali pacto à belli Duce milites conducti censentur; vt illi liberum sit, eos cum voluerit, perfoluto stipendio dimittere: iis vero liberum non sit, cum voluerint, discedere. Quia in re aduertere etiam debet miles quantum damnum ex discessione, aut fugasua sequatur; seu quod alius miles non nisi longo tempore magnisque expensis adduci possit, seu quod periculum sit, ne paucorum exemplum plures alij sequi castra, vel etiam aduersus impetus hostiles non satis instructa deserant: vt merito eiusmodi delicto capitis supplicium decretum sit *in leg. omne §. qui in facie ff. de re militari, & l. 3. ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* Quartò Milites suis stipendiis contenti esse debent, vt Sanctus Ioannes Baptista illis præcipit *Luce 3.* ideoque homines innocentes, per quorum terras non hostiles transeunt, vel apud quos hospitantur, insolitis atque indebitis exactionibus non grauare.

8. Sed etsi Milites in solutione stipendij iniustam imminutionem, aut dilationem patiantur: non ideo ipsi est licitum subditos, aut accolas innocentes spoliare; quia bona aliena non sunt oppignerata militibus pro stipendio, ait Caietanus *ver. bellum prope finem.* Neque dissimulatio vel auctoritas Ducis sui ipsos excusat: nisi id fiat in poenam iuste infligendam nocentibus, aut membris Reipublicæ nocentis. Alioquin verò Princeps stipendia militibus dare debet ex prouentu totius Prouinciæ, aut Regni secundum proportionem facultatum singulorum; & non particulares personas, puta agricolas, &c. præ aliis grauare.

9. Excipitur tamen primò; si consuetudo loci obtineat, vt hospites militibus habitationem, ligna, paleas & similia gratis dent: tunc enim per accidens, & quasi fortuito accidit, vt vna pars Prouinciæ plus quam altera oneretur. Excipitur secundò, si grauissima necessitas cogat milites ad spoliandum innocentes: quo tamen casu belli Princeps in conscientia obligatus erit ad damnum, quatenus moraliter potest, refarciendum; si iniusta stipendiorum detentio causa eius extitit: sin verò sine culpa extitit, non amplius obligatur, quam inde locupletior reddita est. Et hæc omnia docet Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 2. n. 8.*

## RESOL. XLVI.

De peccatis Ducum in exercitu regendo.  
Et an ipsi Præsidi Arcium possint pauciores Milites in Arce ponere, quam à Principe constitutum fuerit? Idem queritur de Ducibus, & Capitaneis, qui cum in suis Centuriis tot Milites constitutos habere debeant pauciores tamen retinent vt stipendium aliam ad suos usus commertant. Ex par. 6. tract. 4. Ref. 27.

§. 1. Necessaria sunt hæc pro praxi: & ideo respondeo, quod Duces & Ministri Principis peccant grauissime, si plures Milites repleant, quam secum habent, vt sic plura stipendia accipiant, & sibi retineant. Nam præterquam quod ea à Principe iniuste surripiunt, grauissimum damnum sunt causa. Nam Princeps credens tot milites adesse, non procurat alios milites submittere ad Castrum defendendum, inimicòque oppugnandos, qui necessarii erant, eaque de causa non solum non reportat victoriam, quam verè reportaret: sed sæpe castrum ab inimico occupatur, vel milites grauius caduntur, & Republica, Religioque Christiana in maximo periculo constituitur: cuiusque hostes exardescunt, & infestiores fiunt: proh dolor! Tenentur ergo duces hæc crimen committentes hæc omnia reparare: sic Molina *disp. 116. vers. soleo.* Coninch *disp. 31. dub. 7. n. 100.* Bonacina *disp. 2. de restitu. q. vlt. sect. 1. punct. 1. §. 3. n. 27.* Secundò peccant Duces & Ministri Principis, si ob negligentiam, vel ob futurum necessarium ad bellum parantes, parent cibum & potum, aliisque huiusmodi corrupta, ex qua mors militibus prouenit, aliisque damna enumerata sequantur. & Idem est, si ob eandem causam simulent se preparasse ea, quæ ad bellum sunt necessaria ex voluntate Principis, cum tamen in minori quantitate præparata sint, aut si præparent ea, quæ victoriæ consequendæ necessaria sunt, dolosa & fallà. Molina *dict. disp. 116. vers. non dissimul.* Bonacina *ubi supra.* Tertio peccant Duces transcurrere cum suo exercitu tenentes loca vicina suspensæ, que manifestantes quo sint diuersi; vt sic accedat, & offerat vnusquisque locus magnam quantitatem, ne illuc exercitus transeat: quia hac via regnum grauatur iniuste; tum grauando populum, apud quem stuerit exercitus, tum accipiendo ab aliis illam summam. Et licet Ducibus cõcessa sit electio vnus populi præ alio, quando onus non potest æqualiter in omnes diuidi, non tamen est illis concessum, neque concedi potest, vt hanc electionem vnalem faciant, & sibi precium retineant. Expeditabat namque potius si vnus populus grauabatur hospitando exercitum, vt reliqui ad eius leuamen concurrerent, media aliqua contributione. Molina *disp. 116. vers. molestum.* Coninch *disp. 31. dub. 7. n. 100.* Bonacina *dicta disp. 2. de restitu. q. vlt. sect. 1. punct. 12. num. 27.* Quartò peccant Duces, si gnantes suos famulos in milites, & centuriones, vt stipendium à Principe signatum imminuant, & sibi



illam partem referent nisi constet ipsos gratis Ducibus donare: quod raro est credendum. Bonacina *supra*.

2. Vide etiam quoad *supradicta* præter Doctores citatos Villalobos in *summa tom. 2. tract. 5. difficult. 11. num. 5. 6. & 7.* Becanum in *2. 2. cap. 25. quest. 15. num. 2.* & Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 18.* vbi docet, Duces conducentes exercitum peccare. Primò, si milites suos abque necessitate causa temerè exponant certæ internecioni. Secundo, si nulla cogente necessitate in locis palustribus & valde infalubribus castra figant cum periculo morbi seu contragionis. Tertio, si in solutione stipendiorum iniustus & vltimatis cambiis, seu permutationibus pecuniarum vtantur. Quarto si pecunias accipientes pro maiore militum numero, cum non compleant cum ingenti interdum Republicæ damno. Quintò, si dimissis veterans & exercitatis militibus, in eorum locum novos inexpertos minore stipendio substituant. Sextò, si stipendium Militibus subtrahentes permittant eos à rusticis & aliis innocentibus extorquere, quæ sibi necessaria sunt. Septimò, si dum per Prouincias exercitum ducunt, à pagis & ciuitatibus pecuniam accipiant ad redimendam vexationem: vt videlicet exercitus non ad ipsos, qui pecunias obtulerunt, sed ad alios adducatur.

3. Sed non desinam hic apponere dubium, quod mouet Duuallius in *2. 2. D. Thoma tract. de charitate quest. 16. art. 4.* vbi sic ait. Quæres an ipsi Præfecti Arcium possint pauciores Milites in arce ponere quam à Principe constitutum fuerit: verbi gratia. Rex præscripto pro arce aliqua custodienda centum Milites: Præfectus imminuet hunc numerum, & ad quinquaginta reducet; vt sic stipendia reliquorum sibi attribuat? Idemque quæritur de Ducibus & Capitaneis, qui cum in suis Centuriis tot milites conscriptos habere debeant, pauciores tamen retinent, vt stipendium aliorum ad suos vsus conuertant? Respondeo primò, duplex esse tempus distinguendum: vnum quando hostes sunt proximi, nec non bellum, seu potius conflictus maxime vrget; & tunc grauissimè peccant ipsi Duces, possuntque puniri capitaliter, si numerus Militum à Rege assignatus non sit completus: defectu enim vnus aut alterius militis victorie nonnunquam deperduntur, & castra, seu arcus inuaduntur. Aliud verò tempus est pacis & tranquillitatis: & tunc crederem posse habere pauciores milites, quam Rex edixerit, eò quod tunc nullum periculum Arcis, aut exercitui imminet, & probabile est, Regem, eò quod istud satis sit consuetum inter nobiles, tacite in id consentire: ex quo sequitur similiter non teneri ad restitutionem stipendiorum, quæ in proprios & priuatos vsus, propter paruum illum militum numerum conuertentur: Rex enim in istud tacite consentit, videt quippe hoc, cum ordinarius sit, & tacet: idèque annuit. Hucusque Duuallius. Sed tu cogita: nam puto Reges hoc nescire; neque tacite consentire.

## RESOL. XLVII.

De peccatis aliorum Officialium in Exercitu commorantium? Ex parte 6. tract. 4. Resol. 28.

§. 1. Peccat etiam, ait Becanus in *Dini Thoma cap. 25. quest. 15. num. 3.* alii Officialia in exercitu. Primò, quando qui ex officio debent vtiualia ad exercitum comportare, non diligenter id faciunt, sed per auaritiam, aut negligentiam dant militibus corruptum cibum, aut potum, ex quo mor-

bi oriuntur: Secundo, quando lucri causa pulucri tormentario admiscet aliquid extraneum, vt non sit aptus ad victoriam comparandam. Tertio quando plus pecuniae exigunt à militibus pro cibo, potu, vestibus, armis, & aliis necessariis, quam præscriptum est. Quarto, quando in designandis hospitiois, alicui militi dant tria, aut quatuor chirographa ad tres vel quatuor distinctas domos, vt in vnaquaque hospicio recipiatur: tunc enim in vna habet hospitium, ab aliis autem accipit pecuniam pro subleuato onere.

2. Vide etiam Layman *lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 18.* Molinam *tom. 1. tract. 2. disp. 116.* qui asserit ad hæc debere multum attendere horum officialium Confessarios.

## RESOL. XLVIII.

De peccatis Regum, & Principum, etiam si bellum iustum exercent in ordine ad Milites.

Et an debeat Rex eis, & aliis restituere damna que inde fuerint sequuta? Ex parte 6. tractatu 4. Resol. 29.

§. 1. Respondeo cum Coninch. *disp. 31. de Bello lib. 7. num. 94.* & Castro Palao *tom. 1. tr. 6. disp. 5. punct. 5. num. 2.* Reges ex iniustitia teneri militi promissa stipendia perfoluere, idque statutis temporibus, quantum fieri potest. Ex quo sequitur Principem, qui sua culpa statuto tempore non soluit militi stipendium, teneri restituere omnia damna, quæ inde fuerint sequuta. Primò, ipsi militi, si oppressus inedia, sua vili pretio debuerit vendere: aut si grauem morbum ideo incurrerit, & multa fuerit coactus expendere in Medicos contrahendo debita, aut membrum aliquod amiserit, aliave ratione inutilis ad aliquid lucrandum factus fuerit. Secundo aliis subditis, aut etiam extraneis non hostibus, quos milites coacti inopia spoliarunt, quia ipse huius damno causam dedit, militem ad id inferendum per subtractionem stipendij compellendo, præsertim cum ipse ex officio teneatur, quantum potest talia impedire. Tertio ipsi Republicæ similiter, si ob defectum solutionis rebellauerint, aut suo officio fungi non potuerint; atque ea ratione aut victoria fuerit amissa; aut bellum diutius cum maioribus Republicæ impensis, aut incommodo protraheretur; aut si clades, aliave incommoda accepta fuerint. Quia Princeps tunc horum omnium sua culpa est causa, non secus ac Oeconomus, qui statim mercedem sua culpa non soluit conductis operis, idèque hæc desinunt Terras Domini colore, & consequenter hic earum fructu priuatur.

2. Sed circa præsentem quæstionem non desinam apponere verba Pauli Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer. 18.* vbi sic ait, Considerandum est: vtrum Princeps vltro ad bellum iustum gerendum accedat v. g. occupandæ Ciuitatis, Prouinciæ causa, quæ ipsi iure debita denegatur, tunc persuadere sibi debet, quod bello rectè sustinendo idoneus futurus sit, videlicet diuitis tam potens, vt militibus quandiu bellum geritur, stipendia solueret, & tam potens auctoritate, vt eosdem per subordinatos Duces in officio continere possit; alioquin bellum plerumque intermittere debebit. An vero necessitate coactus ad bellum præsertim defensiuum, v. g. contra inuentus infidelium aut hæreticorum aggreddatur: tunc interdum accidere potest, vt sine culpa Ducis, aut Principis diuturnum bellum gerentis, stipendia militibus tardius, aut tenuius proueniant, quam ipsi mereantur: quo necessitatis casu (si sumptus quamuis omni possibili studio quæriti & collecti non sufficiant)

ciant) partim ipsos milites, partim verò incolas boni publici causa, aliqua incommoda tolerare necesse est. Contingere etiam potest, vt etiam maximè belli Dux supremus disciplinam militarem seruari cupiat, non tamen possit: quia milites, eorūque Capitanei secessionem ad aduersarios apertè cogitant, si cum supplicij seueritate à prædiis omnino arceantur: quo casu interdum, minora eiusmodi mala permitti, & ab incolis æquanimitè perferri debent, vt grauiora vitentur incommoda; modò talia pericula reuera subsint, & non vana excusatione prætendantur.

3. Accedit, quod ad stipendij solutionem attinet, etiam consuetudinem spectandam esse. Nam in quibusdam Regionibus mos est, vt milites in partem stipendij sui pannum accipere cogantur, eo pretio auctiore, quo Mercatores feceratores Principi venderunt. Plerisque verò locis consuetum, est vt trium vel quatuor plerumque mensium stipendia militibus ferantur, fortasse ob eam causam, vt dum hanc debitam sibi pecuniam apud Ducem quasi depositam habent, à fuga & secessionem retrahantur: quòd si autem ex Militibus aliqui moriantur, hæredibus eorum nil soluitur. Sin autem dimisso militum fiat, excusati debiti ipsi stipendij detrahatur, tanquam in pœnam, quia multas contra Ducis voluntatem rapinas abegerint, esto multi eorum hac in re innocentes sint. Hæc & similia interdum probabiliter excusantur; vt saltem à Confessariis tanquam manifestè iniusta damnari non possint, partim ob necessitatis rationem, quia pecunia non sufficiens ad bellum necessarium gerendum, vel continuandum: quare priuata militum iactura posthabetur bono publico: partim quia Milites, dum militia nomen dant, scientes huiusmodi consuetudinem, sponte in eam consentire videntur.

## RESOL. XLIX.

*His diebus Angli cum triremibus Turcis demicantes ignem pulueri iniecerunt, seque in mari commiserunt, cum magno triremium danno, quæserunt tunc à me, an hoc facere licitum fuerit Christianis? Ex part. 5. tractat. 4. Ref. 26.*

Sup. hoc in §. 1. Afirmatiuè videtur respondendum ex Syluio in 2. 2. quæst. 64. art. 5. ad 4. Marchantio in resol. pastor. ad Decalog. cap. 5. quæst. 8. cas. 4. & Lessio in lib. 2. capit. 9. dub. 6. numer. 34. vbi sic ait. Excusari possunt nostri milites & socij navales, qui sæpe fortissimè cum hæreticis prælio nauali demicantes cum iam vident nauim in potestatem hostium venturam, communi consensu ignem pulueri iniiciunt, & se mari committunt, ne ipsi & nauis veniant in hostium potestatem; non enim intendunt sui interitum, sed ne hostis nauis cum publico damno potiat, & vt se ipsos si qua ratione possint, morti certissimè ab hoste inferendæ eripiant. Ita ille, & post illum Malderus in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 19. sic asserens. Quando nauis ab hoste esset occupanda, & qui insunt occidendi, possunt ei ignem iniicere, & ipsi in mare desilire, ceniebunt enim non tam sibi inferre, quàm fugere mortem.

2. Sed his non obstantibus ad casum propositum negatiuè ego respondi, quia DD. citati supponunt milites esse necessariò occidendos ab hostibus, quod in nostro casu non accidit, imò contrarium moraliter certum est, nam Barbari illi prædantur, vt postea captiuos vendant, vel vt se ipsos redimant. Adde quòd Iacobus Gordonus in Theolog. moral. tom. 1. lib. 5.

quæst. 4. cap. 1. §. 2. numer. 4. absolutè dubitat de illo casu, an sit licitus: & Syluius vbi supra, docet esse illicitum, si in nauis manerent, quia id esset directè vel se occidere.

## RESOL. L.

*An Ducibus, & Militibus super nauis Indicas, quæ vulgo dicuntur la Flota, quando aliter nauis hostium effugere non possint, licitum sit ignem adhibere, vt ipsi, & nauis absumantur? Ex part. 6. tractat. 7. Ref. 2. Ref. 48.*

§. 1. Negatiuè respondent communitè ex Dico Thoma in 2. 2. quæst. 64. art. 5. quia contra propriam inclinationem, & charitatem propriam est seipsum occidere: & quia ad solum Deum pertinet iudicium mortis & vite.

2. Sed nouissimè affirmatiuam sententiam probabilem putat Facundez in præceptis Decalog. tom. 1. lib. 5. cap. 1. numer. 14. in fine. & ponit duos casus, quando iam sunt nauis oppleta hostium multitudinè, contra quam nostri præualere non possunt; vel quando sunt tam magna multitudo hostium nauium circumuentæ, vt euadere nequaquam possint. Probat verò hanc sententiam prinò. Quia humani Duces non intendunt se perimere directè & posituè, sed pro bono communi & auctoritate sui Regis directè intendunt euenire hostem, contra quem iustum bellum gerunt, illūque priuare ea præda ne postea fiat insolentior; licet comitantè & per accidens propriam mortem ipso facto sibi inferant, ipsi enim bene optassent, se saluis hostes perditos, si possent. Secundo quia potest quis ignem iniicere pulueri tormentario ad toto æquandam hostium arcem, etsi sciat se momento disti pandum fore: neque enim ipse propriè se interimit, sed ignis impetus & arcis ruina illius interitum afferunt, cui se ob iustissimam causam exponit: non secus ac is, qui se volanti telo obicit, vt vitam Principis tueatur, quæ res in bellis penè est quotidiana; alioquin non esset licitum militibus cum periculo vitæ suscipere curas & mœnia hostilia: quare si illi excusantur, cur non etiam excusabuntur nostri milites, sociique maritimi, qui strenuè cum hæreticis demicantes, cum iam vident nauim in potestatem hostium deuenturam, communi consensu ignem pulueri iniiciunt, & se mari committunt; ne & ipsi & nauis veniant in hostium potestatem! non enim intendunt suum interitum, sed ne hostes publico Reipublicæ Christianæ damno potiantur. Tertio, quia certissimum est in materia de bello, posse illos, qui patriam in bello iusto defendunt, quando certum vident interitum, & eum aliter euadere non possunt, excogitare, & aggredi facinus aliquod, quòd sit patriæ suæ salutis, & hostibus detrimentum, & etiam si mors inde sibi certissimè obueniat, vt docet Victoria in relect. de homicid. ad vltimum. Arragonius in 2. 2. quæst. 62. tractat. 1. de dominio vite, conclus. 1. quæst. 64. art. 1. Valentia rom. 3. disputat. 5. quæst. 8. punct. 2. in fine. Ludouicus Lopez 1. part. instruat. cap. 6. quod patet in facto Samsonis Indicum, 16. quæ templi columnas euerit, quo moriens plures hostes perimeret, quàm viuens: nam licet D. Augustinus lib. contra secundam Epistolam Gaudenij, asserat Samsonem id fecisse præmouente Deo, & sic obedientem fuisse Spiritui diuino: tamen abique ea præmouitione id poterat Samson efficere intuitu debilitatis hostes, quos effugere non poterat, vt docent Sardi in Clauis Regiæ, lib. 7. c. 9. n. 9. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2.

lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 32. Caietanus Indio. 16. Ludouicus Lopez 1. part. instruct. cap. 65. in fine. Caeteras rationes vide bis apud Pagundez. qui pro hac sententia adducit Lessium lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 32. cui ego addo Bonacinam tom. 2. disput. 2. de resistu. quest. vlt. sect. 1. punct. 5. num. 8. & Egidium Trullench in Decalogum, tom. 2. lib. 5. cap. 3. dub. 3. num. 11. &c.

2. Nota tamen quod post hac scripta inueni negatiuam sententiam docere Ioannem Vvigers de iustit. tract. 2. cap. 2. dub. 18. n. 106. ubi sic ait: Minus videtur licitum nauis, vel militibus naualibus iniicere ignem in proprium puluerem tormentarium, quod contingat ipsos & nauem absumi, ne felicitat nauis veniat in potestatem hostium eam publico detrimento. Ratio eadem est, quia ab eiusmodi actione non potest (vt apparet) rescindi voluntas occidendi seipsum, ita vt tantummodo in alterum finem intentum cadat. Idque eo minus, quod huiusmodi actio propinquius, & magis per se inuadat suum auctorem, ipsique mortem adferat, quam inuadat hostem, aut illi noceat; immo tantum consecutiuè, & quasi per accidens in detrimentum cedit hostium: per se autem tendit ex se ista actio in nocumentum & mortem Authoris. Vnde etiam communis Christianorum sensus ab eiusmodi factis tanquam horrendis, atque illicitis videtur abhorreere. Si tamen qui in naue sunt, & certo occidendi cum aliqua spe enatandi in mare se conijcerent, & sic nauem ingenderent, tum non ita difficile videtur eiusmodi factum ab homicidio proprio exculare: quantumuis fortassis etiam Auctores incendo interirent: sicuti ante diximus de quibusdam non ab similibus casibus. Hucusque Ioannes Vvigers.

apud natura indecentem esse Clericis, qui Deo in Altari ministrant; & aliquale impedimentum, ex quo minus munus suum perfectius obedire possint. & hoc ostendunt rationes, & auctoritates adductae; tamen dicendum est, quod non ita vrgent, sola natura rei, & conditione muneris Clericalis pensata, vt obligationem, & necessitatem inducere videantur, seculo iure positiuo. Igitur s'ex vi solius legis naturalis, & diuinæ conuenientius est, & rationi magis consentaneum, vt Clerici militia non assistant: non tamen est omnino prohibitum, & peccatum: aliter in hoc dispensatio aduerfaretur legi naturali. Deinde, non est minus aliena à statuta Clericorum negotiatio secularis, quam militia: sed negotiatio Clericis prohibetur iure Ecclesiastico: ergo etiam militia. Et tandem, non omnia, quae dedecent aliquam personam, sunt etiam ei illicita iure natura.

2. Dicendum est ergo cum Doctoribus inferius citandis, solo iure positiuo; & Ecclesiastico militiam Clericis interdiciam esse; vt constat ex cap. Clericor. cap. de his Clericis. cap. eos qui, 20. q. 3. cap. Cleric. c. Quicumque Clericus. cap. Quicumque ex Clericis. cap. Ex multa. De voto, & alijs Iuribus. Quam quidem prohibitionem grauem esse, & ad culpam mortalem obligare, satis indicant grauissima poenae Clericis pugnantibus impositae: vt constat ex allatis iuribus, & docent communiter Doctores, quos ad fatietatem potuissent hic adducere. Est tamen difficultas contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum. Et dicendum est breuiter, hoc peccatum esse contra religionem, prout comprehendit honorem debitum rei sacrae: hac enim prohibitio manifestè fit intuitu dignitatis personae sacrae. Et ita docet Torrianus in 2. 2. D. Thoma. tom. 2. disput. 93. dub. 1. & alij.

Sup. hoc in §. not. seq. in principio.

Sup. hoc infra in Ref. §. 4. §. penul. ad mediump.

RESOL. LI.

An Clerici, inconsulto Summo Pontifice, possint aliqui Exercitii praesse? Et an solo iure positiuo, & Ecclesiastico, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia? Et an hac prohibitio ad culpam mortalem obliget? Et difficultas est contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum? Ex part. 1. o. tr. 2. Ref. 1.

§. 1. Negatiuè respondeo; quia Clericis prohibitum est militare; sunt enim dicati Dei seruitio, à qua professione militia multum reuocat. Item Clerici sunt Christi ministri; ipsulumque representant, qui proprium sanguinem pro aliorum salute effudit; ergo non eis licebit alienum effundere, & ita docet D. Thomas secunda, secunda, quest. 40. art. 2. & communiter Theologi. Est tamen controuersia, An solo iure positiuo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia; Non desunt ex Recentioribus asserentes, prohibitam esse iure naturali; & ita docet Valentia tom. 3. disput. 3. quest. 16. punct. 4. & c. ex veteribus Turresrementa in cap. Clericis §. o. dist. & alij alij Canonistae, quia rationes, quas supra adduximus ad probandum non esse licitam Clericis militiam, procedunt ex propria conditione status; atque adeo ex ipsa natura rei. Deinde D. Paulus 2. ad Timoth. cap. 2. dixit, Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Ex quibus verbis merito Gregorius Nazianzenus oratione de Pace asseruit; Arma esse prohibita Clericis. Quod idem etiam docuit Bernardus lib. 4. de consider. ad Eugenium, explanans illa verba Matth. 26. Mitte gladium tuum in vaginam. Verum, his non obstantibus, licet negari non possit militiam tu-

RESOL. LII.

An initiati minoribus Ordinibus, Beneficarij, & Monachi laici includantur in dicta prohibitione? Et an supradicti peccent mortaliter, vel tantum venialiter, si ad bellum procedant? Et an praedicti Clerici, Beneficarij, & Monachi laici possint pugnare suis manibus immediate, occidere, mutilare, & ducere Exercitium, ac praesse ijs qui machinas, vel tormenta bellica dirigunt, neque incurere aliquam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propriae vite, vel personae, & patriae, & boni communis, & ad obtinendam vitteriam, à qua pax, salus innocentijs & bonorum Ecclesia conseruatio dependet? Et an hoc etiam sit prohibitum Episcopis, & Cardinalibus nondum in Sacris constitutis? Ex p. 1. o. tr. 2. Ref. 2.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Lorca in secunda secunda D. Thoma quest. 40. art. 1. Sect. 3. disput. 51. numer. 12. An verò eadem prohibitio extendatur ad Clericos, qui sunt in minoribus Ordinibus, & ad Monachos Laicos, vel nondum sacro ordine initiatos, diuersimodè explicant auctores. Couarruias absolute docet, hos Clericos non excludi à militia, quia iura de his solis loquuntur, qui in sacris constituti sunt. alij verò, hos etiam affirmant comprehendi; quamuis non censent peccare mortaliter, sed venialiter dumtaxat. Excipiunt tamen eos, qui non gaudent privilegio Clericali; quia neque habitum, neque tonsuram deferunt;

Sup. hoc, & contentis in hac Ref. infra in Ref. §. 19.

Sup. hoc. ibidem §. v. deferunt;

rum licet  
verf. Tertio.

deferunt quos fatentur posse pugnare liberè, sicut  
Laicos. Molina existimat, peccare mortaliter Cleri-  
cos in minoribus, si deputati sunt ministerio iuo, vel  
habent beneficium; & idem videtur sentire de Reli-  
giosis deputatis ad sacerdotium; etiamsi nullo ordine  
insigniti sint. Mihi videtur nullum ex his peccare  
per se, & ex vi decretorum; quia de iis iura non lo-  
quantur, & non sunt extendenda in materia pœnalis  
& odiosa. Ex accidenti verò tam Monachi deputati  
ad Sacerdotium, quam Clerici Seculares, qui ali-  
quod beneficium obtinent, cui debitus sit sacer or-  
do, peccant, quatenus exponunt se periculo incur-  
rendi impedimentum ad executionem proprii mune-  
ris. Ita Lorea. Sed ego puto Clericum in minori-  
bus constitutum; privilegio fori non gaudentem,  
ad bellum procedere posse aequè ac Laicum; quia  
tamquam Laicus reputatur. Neque Canones adver-  
sus illum procedunt, saltem ex consuetudine recepta.

Sup. hoc ibi-  
dem §. VI.  
ad medium.  
Verf. Secun-  
do etiam.

Si autem privilegio fori gaudeat; peccat, quia cum  
ex officio deputatus sit ad serviendum Ecclesiæ, in-  
decens est ad militiam secularem se transferre. Non  
autem videtur hæc gravis culpa, quia longè est à mi-  
nisterio Altaris, & representatione Christi, ob cuius  
causam prohibitio facta est. Quod etiam de  
Beneficiato in minoribus constituto dicendum credo;  
peccare inquam, tantum venialiter, sed gravius;  
tum quia nullus text. specialiter de eo loquitur; tum  
quia beneficium solum obligat, ut non apponas im-  
pedimentum ad officium eius exercendum, casu  
quo retinere illud velis. At potes procedere ad bel-  
lum animo relinquendi beneficium, si impedimen-  
tum irregularitatis in bello contrahas. Ergo ex be-  
neficio non videtur mortaliter peccare. De Religio-  
sis Laicis maior est dubitatio, an peccatum mortale  
committant, si ad bellum procedant: quia cap. eos  
quibus 20. quest. 3. mandantur excommunicari; quod  
non fieret, nisi gravis esset peccatum. Sed dicen-  
dum est, non ob inde præcisè excommunicari,  
sed quia, apostatando à Religione, se militiae, &  
publicis honoribus tradiderant. Quocirca ex proce-  
ssu ad bellum, solum venialiter existimo peccaturo-  
s, gravius tamen, quam beneficiatos Clericos.  
Et hæc omnia docet Castrus Palas tom. 1. tract. 6.  
disp. 5. punct. 6. num. 5. cui etiam adde Dicastillum de  
Inst. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 16. §. 11. num. 480.  
& alios penes ipsos.

Sup. hoc ibi-  
dem §. Verf.  
licet ad me-  
dium, & in  
fine supra di-  
ctæ Ref.

Sup. hoc ibi-  
dem §. Sed  
quid.

2. Nota, quod post hæc scripta circa præsen-  
tem difficultatem inveni nostram sententiam do-  
cere ex Doctoribus Gallis Petrum à Sancto Ioseph  
in *Idea Theolog. moral. lib. 3. capite 11. resolut. 5.  
quest. 2. articul. 2.* cui adde sapientissimum Domi-  
num meum Cardinalem de Lugo in *Respons. Mo-  
ral. lib. 5. dub. 14.* vbi sic asserit: Concedunt Docto-  
res, posse Clericos, ac proinde etiam Episcopos,  
de quibus non apparet specialis difficultas, pugnare  
suis manibus immediatè, occidere, mutilare, & du-  
cere exercitum, ac præesse iis, qui machinas, vel  
tormenta bellica dirigunt, nec incurrrere vllam ir-  
regularitatem, quoties bellum necessarium est ad  
defensionem propriæ vitæ, & personæ, vel patriæ  
boni communis. Addunt aliqui idem procedere  
posse aliquando in bello iusto aggressivo, quando id  
necessarium esset ad obtinendam victoriam, à qua  
pax, salus innocentium, & bonum Ecclesiæ depen-  
det; tunc enim Clericus, qui aliàs iusto titulo aderat  
bello non pugnaturus, nec exercitum ducturus, cum  
videat ad eum statum esse redactum, videtur iam  
non aggredi, sed defendere se vel causam publicam.  
Extra verò hos casus Clericus in Sacris non potest  
propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut ma-  
chinas præesse. Quod idem dicunt de habente, &  
retinente beneficium Ecclesiasticum, etiam si non sit

Sup. hoc in-  
fra in Ref.  
56 §. in fine,  
& in Ref.  
60. & pro ir-  
regularitate  
in fine Ref. 2.  
huius ad not.  
& in aliis  
eius vit. not.

in Sacris Cum ergo Episcopus etiam non sit con-  
secratus, nec in Sacris, habeat tamen beneficium  
Ecclesiasticum, & quidem præstantissimum, non vi-  
detur posse ducere exercitum, etiam in bello iusto,  
sicut nec potest pugnare propria manu, nisi ad facie-  
de licentia Summi Pontificis, vel in casibus supra affi-  
gnatis. Itaque si id ad bonum publicum expedire  
iudicetur, petatur licentia, & dispensatio specialis à  
Summo Pontifice, qui in primis facile concedat  
quòd aliquando in functione aliqua publica, & so-  
lemni possit procedere armatus sicut de facto id ha-  
bent Episcopi aliqui ob annexum Principatum, vel  
statum temporalem in aliquibus locis, in quibus ex  
antiqua consuetudine, & concessione ita fieri solet.  
Difficilius concedetur, quod ducat exercitum, vel  
pugnet per se ipsum. Si tamen bonum Religionis, &  
Ecclesiæ utilitas id possit, credam concedi posse,  
vt in bello contra infideles, vel hæreticos, id sine  
peccato, vel metu irregularitatis facere possit. Etenim  
Pontifices antiqui, & moderni concesserunt sæpius multis  
Cardinalibus, quos Legatos, & V-  
carios suos destinarunt ad gerenda bella contra reb-  
les Ecclesiæ, quorum exempla passim in Annalibus  
Ecclesiasticis inveniuntur. Hucusque Cardinalis Lu-  
go. \* Sed dato, & non concessio, quod sub ista pro-  
hibitione Sacrorum Canonum non comprehenderetur  
Episcopi, & Cardinales, qui non intelliguntur  
sub nomine Clericorum, iuxta Tiracellum de *Ne-  
bilitat. capit. 7. numer. 52.* Ambrosium de *Inno-  
cent. capit. 22. numer. 3.* Pellizzarium in *Man. Prælat.  
tom. 2. tractat. 6. capit. 9. sect. 2. numer. 51.* &  
alios: Tamen ipsimet auctores, qui tenent, nul-  
los Canones extare, qui prohibeant Episcopos mili-  
tare, hoc tamen asserunt, esse nimis alienum ab  
eorum dignitate, & officio; & idè P. Arriaz in  
*Cursu Theolog. tom. 5. disputat. 48. sect. 5. nu-  
mer. 68.* sic ait \* Difficultas est, an Episcopi non  
constitutis in Sacris, id etiam sit prohibitum? Re-  
spondeo, in Canonibus non esse aliquam illam  
specialem prohibitionem illis; nam capit. *repre-  
hensibile, capit. quo casu 23. quest. 8.* quæ pos-  
sent afferri ad eam prohibitionem suadendam, non  
dicunt, nisi primum quidem reprehensione dignum  
esse, quod Episcopi ad Concilium non veniant,  
eo quod fuerint occupati cum Rege defendendo pre-  
teritum contra Piratas: vbi magis inobedientia repre-  
henditur, quam quod fuerint in eo bello defenso in  
altero verò capit. dicitur, Episcopum sine licentia  
Pontificis non debere ad auxilium Principum ire, vt  
resideat ibi. Vbi obiter noto multò minus ea capi-  
ta facere ad probandum, Episcopos non posse ma-  
nere in Castris, attendendo tantum saluti spirituum  
militum, hæc enim potius est dignissima occupatio.  
Sed ad rem dicimus, etsi Canones nulli sint, qui  
prohibeant Episcopos militare, non dubium, quia  
id sit valde alienum ab eorum dignitate, & officio  
Pastorum animarum. Quia autem id nostris tempo-  
ribus multi faciunt, non disputo, quia credo, eos con-  
sulto Romano Pontifice facere. Hucusque Pater Ar-  
riaga. \* Sed ego non recedo à sententia, quam cum  
Lugo, & aliis paulò superius docui, nempe Episco-  
pos, & Cardinales inclusos esse in prohibitione Sa-  
crorum Canonum, vbi supra. Adde quod Arriaz  
loquitur de Episcopis non constitutis in Sacris.

### RESOL. LIII.

An sub ista prohibitione, ne Clerici præsentent Exer-  
citiis includantur Episcopi, vel Cardina-  
les?

Et quid est sentiendum de Episcopis Germania temporalium iurisdictionem obtinentibus, an possint bellum iniire, exercitum conscribere, Ducem belli praefigere, & arma ad pugnandum Milibus dare?

Et an quis possit impune occidere, vulnerare, & expoliare Clericum, Episcopum, vel Cardinalem in bello militantem, ac proinde nullam incurat poenam, & excommunicari, excepta irregularitate? Ex part. 10. tract. 2. Ref. 3.

§. 1. Ed difficultas est, an supradicta procedant, quoad Cardinales, & Episcopos, & affirmative respondeo. Verum dicit aliquis, quid ad praxim haec Quaestio? Quando enim Episcopi relinquunt Ecclesias suas, ut abique florentibus in filiis, sacrisque sacribus, inter milites ipsi etiam loricati, agmina ducant? ne mireris, sunt enim qui hoc fecerunt, vt infra patebit; Nec obstat dicere in pœnalibus Cardinalis, vel Episcopi non comprehendi (sub nomine Clericorum; vt docet Ioannes Monachus in capit. 1. de schism. in 6. Barbara, vol. 1. consil. 23. dub. 3. numer. 1. & alij. Nec secundò obstat, quia Clericis militia videtur interdicta, si manu pugnant; Candidus tom. 1. disputat. 17. artic. 10. dub. 2. Squillante de obligat. Cleric. part. 2. dub. 16. num. 5. Coninch in 2. 2. disputat. 31. de Bello dub. 6. numer. 90. Rodriguez in summa tom. 1. capit. 209. num. 15. sed in casu nostro, Cardinales, vel Episcopi manu non pugnant; sed tantum praesunt exercitiis. Ergo, &c.

2. Respondeo enim, haec argumenta nihil contra nostram sententiam efficere. Et ad primum respondeo, quòd (quidquid sit de legibus: quæ in dies emanant à Papa cum consensu Cardinalium) certum est, Cardinales non esse solutos à legibus contentis in iure Canonico; vt est ista, de qua est quaestio, ergo, & ita docet ex Azorio, Salas, & Bonacina, Nicolaus Baldellus, in tom. 1. lib. 5. disp. 41. num. 4. & saepius resolutum fuit à Sacra Rota Romana. Respondeo secundò cum Duallio in 2. 2. tract. de Charit. quest. 16. art. 9. quòd licet hæc lex sit prohibitiua, & pœnalis; est nihilominus à parte rei fauorabilis, & ad conseruationem ipsorum Clericorum dirigitur, & ad eos à multis grauinibus eximendos, ideoque optime eorum nomine in hoc negotio Cardinales venire debent, sicut etiam & Episcopi. Respondeo teritiò, quòd dicta prohibitiua, ne Clerici militarent, facta fuit in fauorem animarum: nam, vt obseruat D. Thomas 2. 2. quest. 40. art. 2. & schola Theologorum, militia impedit animum à contemplatione diuinorum, à laude Dei, & oratione pro populo; quæ ad officium pertinent Clericorum. Ergo in hoc casu sub ipsorum nomine Cardinales, & Episcopi comprehenduntur, per ea, quæ notat Merolla tom. 1. disput. 1. cap. 2. num. 417. & tom. 2. disp. 4. cap. 4. numer. 311. Sanctarellus, var. resolut. tom. 1. quest. 2. n. 28. Michael Taceda in Amplit. Benefic. disput. 5. q. 2. num. 22. & alij communiter. Et ita hæc sententiam in terminis terminantibus docet & sustinet Iurisconsultus Martinus Bocerus tract. de success. in feudum cap. 3. quest. 14. vbi sic asserit: Cum Clerici prohibeantur in feudo succedere hæc ex causa, ne à diuinis quibus addicti sunt, abstrahantur, & quia ipsis arma bellica non conueniunt, sed orationes & lachrymæ; sequitur inde, quòd in generalitate quoque conueniant Cardinales. Ita ille. Et de Episcopis idem asserit D. Thomas & Duallius vbi supra, Molina tom. 1. tract. 2. disputat. 108. Palas tom. 1. tractat. 6. disputat. 6. punct. 6. numer. 2. & 4. Hurtadus volum. 2. disp. 169. sect. 9. §. 73. & Lorca in 2. 2. disp. 51. num. 12.

3. Ad secundum argumentum respondetur, quòd exercitum ducere, gubernare, & illi praeficere, est propria manu pugnare: & ideo est prohibitum, & illicitum; vt patet ex cap. Sententia ne Clerici, vel Monachi: capite Quod in dubiis & pœnis. & docet etiam in terminis Villalobos, in Summa tom. 2. tractat. 5. diffcult. 8. num. 2. Castrus Palas tom. 2. tractat. 6. disputat. 6. punct. 6. num. 2. Hurtadus de Mendola volum. 2. disputat. 169. sect. 14. §. 133. Coninch in 2. 2. disputat. 31. de Bello dub. 6. num. 86. Dicastillus de Inst. & iure lib. 1. tractat. 1. disputat. 10. dub. 16. num. 473. Lorca in 2. 2. D. Thoma tractat. de charit. questione 40. artic. 1. sect. 3. disputat. 51. numer. 12. & Gallus Duallius loco citato in secunda secunda Diui Thoma tractat. de charitate questione 16. artic. 9. vbi sic ait: Propria autem manu pugnare, est esse Ducem Exercitus, & Magistrum militum: hi enim omnes propria manu non minus, quàm milites censentur pugnare. Ita ille. Quod aded verum est, vt Malderus in 2. 2. questione 40. artic. 2. Coninch. disputat. 31. de Bello dub. 6. num. 92. Molina de Iustitia, tom. 1. tractat. 2. disputat. 108. Vvigers in 2. 2. questione 40. artic. 2. num. 99. & Layman lib. 2. tractat. 3. cap. 12. num. 19. existimant, quòd, licet Episcopi Germania temporalem iurisdictionem obtinentes, possint bellum indicere, exercitum conscribere; Ducem belli praefigere, arma ad pugnandum militibus dare; vt patet ex cap. Episcopus ne Clerici vel Monachi in 6. tamen putant, quòd ipsi esse non debent exercitus Duceres, propria praesentia, ius, & auctoritatem bellandi militibus praesentes sine Summi Pontificis dispensatione. Sed si aliquis curiosus inquirat hic, an quis impune possit occidere Clericum; Episcopum vel Cardinalem in bello militantem? Ad hoc dubium nouissimè sic respondet Franciscus Bordonus in Miscellaneis aegis. 262. 19. §. Confirmatur superius. Qui Clericum, vel Cardinalem, aduersarium in bello militantem, vulnerauerit vel occiderit, modo bellum sit iustum ex parte occidentis, impune occidit, ac proinde nullam incurrit poenam, excepta irregularitate. Ratio est, quia poena excommunicationis, & huius generis supponit peccatum mortale, quale non est homicidium committum in bello iusto; cum sit iustum & licitum ob bonorum defensionem & recuperationem, quæ procurat iuste belligerans. Ita ille.

4. Nota etiam quòd post hæc scripta inueni Bañez 2. 2. D. Thoma, quest. 40. art. 2. dub. vlt. Ledesma in Summa, tom. 2. tract. 3. cap. 13. conclus. 58. Reuerendiss. Candidus, tom. 1. disputat. 17. art. 8. dub. 2. & alios docere eum Bordonus, vbi supra, Clericos in conflictu belli posse expoliari, & occidi abique peccato. Verum ego quoad Episcopos; & Cardinales ratione summi status, & gradus, non concederem, illos etiam actu pugnantem occidi posse, nisi in casu, quòd magna victoria, pro quiete totius Reipublicæ aliter haberi non possit, vel nisi quis ab ipsis aggressus aliter propriam vitam defendere non possit. Sed plures viri docti de hac re à me consulti, nostram sententiam non admittunt, quia in tali casu Episcopi, & Cardinales habentur tanquam hostes, & tanquam persona priuata iniuste alios aggredientes, ergo, &c. Sed ego propter reuerentiam debitam statui Episcopali, & Cardinalitio, non discedo à sententia, quam docui, cum supradictis tamen limitationibus.

Sup. hoc in fra in Ref. 64 §. vit. & supra in Ref. 19 §. Confirmatur superius.

Sup. hoc ibidem.

## RESOL. LIV.

*An liceat Episcopis esse Duces Supremos in aliquo Exercitu terrestri, vel maritimo?  
Et an solo iure positivo vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia?  
Et explanantur gravissime poenae Clericis pugnantibus impositae.* Ex p. 6. tr. 4. Ref. 33.

Sup. hoc in §. 1. Negativè respondeo: quia Clericis prohibitum est militare; sunt enim dicati Deo servire à qua professione militia multum reuocat. Item Clerici sunt Christi ministri, ipsūque repraesentant, qui proprium sanguinem pro aliorum salute effundit; ergo non eis licebit alienum effundere.

Sup. hoc supra in Ref. §. 1. in principio à lin. 9. & vers. An solo. 2. Est tamen controuersia: an solo iure positivo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia. Non desunt ex recentioribus nonnulli, asserentes prohibita esse iure naturali: quia rationes quas supra adduximus non esse licitam militiam Clericis procedunt ex propria conditione status, atque ad eò ex ipsa natura rei. Deinde D. Paulus 2. ad Timoth. 2. dixit. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Ex quibus verbis meritò Gregor. Nazian. orat. 2. de pace, alleruit arma prohibita esse Clericis, quod idem etiam docuit Bernard. lib. 4. de consideratione ad Eugenium Papam, explanans illa verba D. Matthaei c. 26. *Mitte gladium tuum in vaginam.*

3. Verum his non obstantibus, licet negari non possit militiam suapte natura indecentem esse Clericis, qui altari & Deo ministrant; & aliquale impedimentum, quominus munus suū perfectius obedire possint, & hoc ostendunt rationes & auctoritates adductae. Tamen dicendum est, quod non ita vrgent sola natura rei, & conditione muneris clericalis pensata, vt obligationem & necessitatem inducere videantur secluso iure positivo.

4. Igitur ex vi solius legis naturalis, & diuinæ conuenientius est, & rationi magis consentaneum vt Clerici militiae non assistant: non tamen est omnino prohibitum, & peccatum; aliter in hoc dispensatio Pontificis non valeret: nam talis dispensatio aduersaretur legi naturali.

Sup. hoc in §. 1. vt Ref. not. praerita, in principio. Sup. hoc in §. not. praerita ad modum. 5. Dicendum est ergo solo iure positivo & Ecclesiastico militiam Clericis interdictam esse, vt constat ex cap. Clericum, cap. de his Clericis, cap. eos qui 20. q. 3. cap. Clerici, cap. quicumque Clericus, c. quicumque ex Clericis, c. ex multa, de voto, & aliis iuribus. Quam quidem prohibitionem grauem esse, & ad culpam mortalem obligare satis indicant grauissima poenae Clericis pugnantibus impositae: priuantur namque vsu suorum Ordinum, recluduntur in Monasterio, & si in bello moriantur, pro illis non offertur sacrificium & oblatio, vt constat ex allatis iuribus.

5. Vbi tamen graues causae id exigunt, & quoties Clericis licet, non peccant, si tunc exercitus ducant Episcopi.

## RESOL. LV.

*Quod abusus Episcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, ex Cardinali Baronio probatur.* Ex p. 10. tr. 2. Ref. 4.

§. 1. Non desinam tamen hic adnotare ex Cardinali Baronio, monstruosam hanc omnis ordinis inuersionem, vt Episcopi ad bella procederent

primum vitam esse, circa annum Domini DLXXV. in personis Sagittarij, & Samsonis Episcoporum. Quae res (vt obseruat Laurentius Laudemeter de veteri Clerico lib. 2. cap. 25. & ab omnibus notata) adeo laicis indigna vita est, vt tempore Caroli magni in Concilio Vormatiensi, Populus supplicaret, vt inter Episcopos ad bella procedere; sed decerni, vt in Ecclesiis suis residerent, & per sacrificia, orationes, eleemosynas, Deum pugnaturis propitium redderent; permitti verò paucos tantummodò Sacerdotes ire ad bella, eosque doctrina, & pietate probatos, ad benedictionem dandam & reconciliandam periclitantibus impetierunt.

3. Memoria etiam dignum est, quod de Episcopo Beluacensi refert idem Baronus anno 1566. In in praelio quod Anglis contra Francos erat, captus, rogauit Caesertinum III. Papam, vt apud Anglum pro sua liberatione intercederet. Sed Rex, milita Lorica Episcopali ad Papam: vide, inquit, si tunica filij tui est, an non eui Papam non est filius meus, aut Ecclesiae. Ad Regis igitur voluntatem dimittitur, quia potius Martis, quam Christi miles iudicatur.

3. Non obliuioni tradendum est id, quod habetur in cap. Reprehensibile 23. quesi. 8. cum enim Nicolaus Pontifex vocaret ad Concilium aliquos Episcopos Galliae remeuerunt obedire, quia erant in exercitu, pugnantes contra Piratas: adeo Pontifex ad Carolum Regem subscibens, sic asseruit Reprehensibile valde constat esse, quod subintelligitur dicendo, maiorem partem omnium Episcoporum, die, noctaque cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare: ob idve Episcopi impediunt venire; eum militum Christi sit, Christo secutus, militum verò saeculi, seculosecundum quod scriptum est. *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Quod, si saeculi milites seculari militiae student: quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus: Haec Pontifex. Qui si meritò tunc exarsit in Episcopos bellantes ad mandatum proprii Regis contra piratas; quid quaeo faciendum esset aduersus Episcopos, si vitro se offerentes non contra piratas, sed contra Christianos in exercitu militarent. Rectè itaque Zacharias Pontifex, vt inuenies apud Henninum Arnseum, (vtinam pius esset Auctor) Commentatione Politica, de subiectione Clericorum cap. 1. n. 5. etiam acriter reprehendit quosdam Episcopos Gallicanos, qui ad praelia proficisci conueuerant.

4. Et pro confirmatione supradictorum, non grauior hic per extensum apponere verba eruditissimi Scriptoris Galli, & Professoris Sotbonici, Ioannis Frelaci, in Comment. de sacrilegio Laico, fol. mibi 264. sic asserentis: Sub Pipino tum Duce Francorum, & Childerico Rege, ex Concilio Sueffionensi distulimus, tum temporis Abbates arma tractasse, & in Castris militaria obisse munia, prauo, & pernicioso quidem exemplo, sed quale & Episcopi, & Abbates imitati sunt Ludouico Pio imperante, summo animarum, quae illis erant commissa, dispendio; & forsitan liberius viuendi licentia magis, quam Regis in illa ad castra sequenda illos inuitabat. Ludouicus ipse, qui nefaria, & impia Filiorum, & Episcoporum coniuuratione Imperium abdicare coactus fuerat, fortassis & in castris coniuuratorum, Episcopos & Abbates ordines duxisset. Illud autem proposuit lib. 7. Capitularium cap. 103. dum sic loquitur de Sacerdotibus ipsis: *Reliqui qui ad Ecclesias suas remanserunt, suos homines bene armatos nobiscum, aut cum quibus iustitiam dirigant.* Non est quod quis Sacerdotes simpliciter intelligat; Abbates & Episcopos significare intelli-

hi plusquam verissimum. Qui enim Sacerdotes, aut vnde milites habere, etque in Castris stipendia solverent? Non equidem sunt ista Sacerdotum, qui in imis sunt subellii, sed Antistitum, sed Episcoporum, & Abbatum. Et firmat nostram sententiam eamque allatum ex Synodo Sueffionensi memorata; & acutius demonstrabimus in Carolo Caluo. Nollem ego istud tacitus præterire, quod dixit initio huius capituli Pius Imperator secunda vice, propter ampliore observantiam Apostolica Autoritate, & multorum Sanctorum Episcoporum admonitione instructi, Sanctorumque Canonum Regulis edocti, consulti videlicet omnium Nobilium nostrorum, nosmetipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, volumus, ut nullus Sacerdos in hostem pergat. Duo adnoto: vnum, videri Ludouicum Pium antea illud prohibuisse, nisi quis malit, hoc referri ad caput Sueffionensis Synodi, de quo diximus. Alterum, Imperatorem huiusmodi corruptelam dissimulasse, & aliquando Episcopos, atque Abbates in suis vidisse Castris. Quod quam exitiosum fuerit, tandem suo didicit malo: cum in conspiratione Filiorum, nullos vel atrociores, vel pertinaciores, quam Episcopos ipsos, fenserit hostes. Hucusque Filefacus.

5. Et tandem notandum est hic etiam id, quod narrat Robertus Guaguinus in vita Ludouici XI. Francorum Regis, & Iacobus Bonaudus in Postillis ad Ioannem de Terra Rubea, contra Rebelles tract. 5. art. 5. post conclus. 18. cum enim Bessica Episcopus Ebroicensis missus esset à Rege, ut exercitum recognosceret Chabanus Domini Martini Comes, indignatus Sacerdotem ad militare negotium deputari, fallet Episcopum cauillatus est, sic asserens ad Regem Ludouicum: Tu Rex Bellum Episcopum milites vrbano recensere mittis, te oro, mihi indulge, Ebroicas proficisci, vnde Bellua præsul est, ibi ego de Sacerdotibus sacrandis scrutinium faciam, tam enim hæc mihi cura, quam Episcopo recognitio militum conuenit. Ita Comes ille Francus, factum Episcopi carpens.

## RESOL. LVI.

Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra Cardinalem Baronium.

Et quatuor apponuntur casus, in quibus ipsum ius naturale dicitur, quod Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Ex part. 10. tract. 2. Ref. 5.

§. 1. **A**bstineam tamen hic impugnate aliquos Hispaniæ Episcopos etiam in exercitu militantes; quicquid aliter sentiat (parcat mihi tantus vir) Cardinalis Baronius sub anno 1010. Nam non reprehensione digni; sed magnis decorandi sunt laudibus, cum pugnando mortui sint pro fidei defensione, & Satacenorum extirpatione; ut optime contra Baronium firmat Antonius Yepes, in la Historia de San Benito, tom. 5. cent. 6. año Domini 1010. & D. Benedicti, an. 530. Et idem Castillus Soto maior hos Antistites laudando tom. 7. de Tertius, cap. 9. numer. 48. dixit: [Entonces muchas vezes los Prelados mismos, y personas Ecclesiasticas de mucha consideracion iban à su costa à estas guerras contra los Moros, y los infieles.] Vnde legitur, in pugna illa celebri contra Mauros ad Nabas Tolosa, & victoria obtenta ab Alphonso IX. quam Ecclesia celebrat 16. Iulij, sub nomine Triumphæ sanctæ Crucis tanquam miraculosam, Ruz Tom. VII.

dericum Toletanum Archiepiscopum, & eius Signiferum, Dominicum Palsatum ibi aduulso, cum focis, ac famulis eiusdem habitus; & professione, ut tam insignes viros decebat: eosque in actuali, conflictu legitime per totum exercitum discursisse tum milites Christianos ad pugnam cohortando, tum propriis manibus pugnando. Quod factum laudat, & defendit Araujo vir doctissimus ex inclyto ordine Dominicanorum 2. 1. D. Thoma 9. 40. art. 2. numer. 7. Vnde hic obiter cum Laymano. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. Reginaldo rom. 2. lib. 31. cap. 8. numer. 91. Bassao in Florib. Theolog. mor. verbo bellum numer. 6. & aliis, aliquos casus apponam, quos ipsum ius naturale dicitur, in quibus Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Primum, si id necessarium sit ad defensionem propriæ vitæ. Secundò, si id necessarium sit ad defensionem proximi innocenti præferim, si Reipub. valde utilis, aut necessarius sit. Tertio, si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut ciuitatis contra iniustos inuadentes. Quarto, si necessarium sit ad consecutionem iustæ victoriæ, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reip. Christianæ multum pender.

2. Ita Doctores communiter: vnde non deseram hic apponere verba Emanuels Rodriguez in Summa tom. 1. cap. 207. numer. 14. vbi sic ait: E siendo la Republica en vna extrema, o grandissima necesidad licito es al Clerigo pelear en guerra defensiva, aun sin licentia del Sumo Pontifice: y assi puden los Clerigos licitamente pelear contra enemigos que tienen cercada vna ciudad, haviendo probabilidad que peleando ellos no se tomara, como lo tiene Gayetano, tanto que estan en este caso obligados à ello, como lo prouena Barez, empero no es licito pelear en la guerra ofensiva, hablando regularmente, solo para efecto de alcanzar victoria. Verdad es que si su ayuda es precisamente necesaria para la alcanzar, y no se alcanzando peleará la salud de muchos, y la honra, y fama del Principe, el qual quedando vencido pierde su honor, podran en este caso pelear con la licentia presumpcia. Ita ille.

## RESOL. LVII.

Contra Gratianum probatur posse Pontificem ex iusta tamen causa præbere licentiam, ut Clerici, Episcopi, & Cardinales præsent Exercitibus; sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur.

Et an in hoc præcepto possit solus Summus Pontifex dispensare, ex eo quod non sit diuinum, sed humanum?

Et an si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret, non tamen recte faceret, sed peccaret?

Sed adhuc superest difficultas, an si supradicti Clerici, Episcopi, & Cardinales præsent Exercitibus, non solum peccarent mortaliter, sed incurrerent irregularitatem, etiam si aliquem propria manu occiderent: nam Doctores communiter asserunt præbendo pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto omnes effici irregulares?

Et an iura noluerint pugnantes in bello iniusto esse irregulares, nisi propria manu occiderent? Ex part. 10. tr. 2. Ref. 6.

N n §. 1. Præter

Sup. hoc factum in Ref. 5. §. vlt. paulo post initium, & infra in Ref. 60.

§. 1. **P**raeter autem hoc casus, firma remanet nostra conclusio, illicitum esse Cardinalibus, Episcopis, & Clericis pugnare, seu in bello exercitiis praesse, nisi id faciant de licentia Summi Pontificis, qui solus in hoc potest dispensare; vt patet ex Gondono in *Summ. lib. 6. quaest. 19. cap. 10. num. 27.* Castro Palao tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 9. Henriquez lib. 1. cap. 13. numer. 1. in glossa littera O, Azorio tom. 3. lib. 2. cap. 16. quaest. 12. cum aliis communiter. Et ita in terminis casus nostri docet Duallius de *Iust. & Iur. lib. 2. tract. 1. disp. 10. §. 11. numer. 476. & Syluius in 2. 2. D. Thom. quaest. 40. art. 2. §. Queritur secundo; unde male dixit Gratianus, causa 23. quaest. 3. & Baldus conf. 439. Episcopos vel Clericos non posse arma sumere, etiam cum autoritate Summi Pontificis. Et ideo merito contra Gratianum insurgunt Bañes, Malderus, Syluius locis citatis, Ioannes VVigers in 2. 2. D. Thomae quaest. 40. art. 2. numer. 78. Becanus in 2. 2. tract. de Bello cap. 25. numer. 8. & Suarez disp. 13. de Bello, sect. 3. numer. 4. & contra Baldum Araujo in 2. 2. quaest. 40. art. 2. numer. 8. firmantes, vt diximus, posse Summum Pontificem in hoc praeepto dispensare; quia non est diuinum, sed humanum. Verum, si Pontifex ab'que rationabili causa dispensaret, licet factum teneret; non tamen rectè faceret, sed peccaret; vt docent inter alios Candidus tom. 1. disquis. 19. art. 9. dub. 2. Malderus in 2. 2. quaest. 40. art. 2. Ledesma in *Summa tom. 2. tract. 3. cap. 13. concl. 49.* Trullench in *Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. numer. 1.* Molina de *Iust. tom. 1. tract. 2. disp. 108.* & Bañes in 2. 2. quaest. 40. art. 6. dub. 2. Superest denique difficultas breuiter elucidanda, an supradicti incurrant irregularitatem? Respondeo, distinguendo; aut bellum; in quo supradicti Cardinales, & Episcopi praesunt, est iniustum; & tunc certum est, quod non solum peccant mortaliter, sed incurunt irregularitatem, etiam si aliquem manu propria non occidant: nam Hurtado de Mendoza vol. 2. disp. 169. sect. 14. §. 131. Henriquez lib. 1. cap. 13. numer. 3. Suarez in 2. 2. disp. 13. de Bello sect. 3. numer. 7. Bañes 2. 2. quaest. 40. art. 2. dub. 4. Squillante de oblig. Clericorum p. 6. dub. 8. num. 99. Tolofanus in *synagm. Iur. lib. 31. cap. 23. num. 4.* & Doctores communiter asserunt praebentes pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto, omnes effici irregulares. Si bellum verò sit iustum dicendum est: supradictos peccare quidem mortaliter contra honestatem status Clericalis, vt supra satis firmatum est; non autem incurtere irregularitatem. Nam iura noluerunt pugnantes in bello iusto esse irregulares, nisi propria manu occidant; vt patet in cap. peritio tua de homicidio, & docet Auila de censuris p. 7. punct. 14. §. 5. num. 2. & 3. Cornejo in 3. part. rr. 5. de Irregular. dub. 2. quaest. 2. numer. 2. & alij communiter.*

Sup. hoc in tom. 5. tr. 6. Ref. 93. §. vt. a. lin. 6. & in Ref. 95. §. etiam vt. & in alio §. & vest. eorum annotationi, & hic inf. cursum in fine Ref. 61.

## RESOL. LVIII.

An Clerici interesse possint alicui Exercitii excitando Milites generatim ad pugnam?  
Et an Clericus sine irregularitatis periculo possit Milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidi suadeat?  
Et quid de illis Clericis, qui gubernant naues ad pugnam?  
Et obseruatur Milites sine Clericos, sine laicos, qui sunt in parte postrema Exercitus, & qui mora-

lites ceteri non possunt propinquis Militum animos ad occidendum addere, non esse irregulares.

Et verum necessaria sit Clericis licentia Praelati ad existendum in Exercitu absque irregularitate, & quantum sit peccatum contra obedientiam?  
Et an Clerici, qui non pugnant, sed spiritualiter adiuuandi causa bello interfunt, spolia hostium parinde ac Milites accipere possint & retinere, nisi de contraria Supremi Ducis voluntate consint? Ex part. 10. tr. 2. Ref. 7.

§. 2. **D**iximus supra, non posse Clericos in facie constitutos propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut pugnantibus, percutiendis, que praesse; vt inde colligeres, posse bello interesse, & subsidia spiritualia ministrare, milites consolentur, & ad pugnam excitant; modo non excitent speciatim, & expressè ad occisionem, & mutilationem inimicorum; quia haec officia aliena non sunt de Clerici statu, & ita tradunt Cotarru. Coninch. Bonac. Valenz. Suar. & alij supra, & constat ex cap. omni inuoc. cap. hortatu cap. praeterea & alij 23. quaest. 8. neque obstat textus; in cap. quod in dubijs, de panis; vbi Innocentius III. eodem modo, deponi mandat eos sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, & personaliter exercere confectum, sicut eos, qui alios incitant ad pugnam; Non, inquam, obitas, quia vt bene dicit Glossa, loquitur text. de bello iniusto, non autem iusto argum. cap. sicut dignum, 8. Qui verò de homicidio; & leg. item Mela, §. item casus, ff. ad leg. Aquil. vt autem Clerici hoc officium execcent, non indigent speciali licentia Praelati, quia nullo iure cauetur, hanc illis esse necessitatem. Nam text. in cap. reprehensibile, & c. quo anxi. 2. 3. quaest. 8. qui ad hoc probandum adducuntur, non conuincunt. Quia in cap. reprehensibile reprehenduntur Episcopi, non quia ad bellum ob consolandos milites, eosque ad pugnam hortandos sine licentia profecti fuerant; sed quia ibi sicut reliqui milites pugnauerant; & quia hac occasione impediti non venerant ad Concilium, quod Summus Pontifex Romae congregauerat. Textus verò in cap. quo anxi. non de professione ad bellum, sed ad Imperatoris Abalam loquitur; & grauius reprehenditur a Pontifice Episcopus, qui eius mandatum contemnit ob Imperatoris iussa exequenda; praecipit enim Canonice euidenter praecipiant, nullum omnino Episcoporum, qui leuitica portione sunt contenti, nisi Summo Pontifice viso, atque consulto, ad comitatum hoc est ad Imperialem Aulam debere contulerit. Et haec omnia docet etiam Castus Palao in 1. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 7. numero 5. & 6. Coninch de alijs. hum. disp. 31. numero 86. Valentia tom. 3. disp. 3. quaest. 16. puncto 4. Laymann lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer. 19. Becanus cap. 13. quaest. 25. numer. 5. & alij penes ipsos, qui censent asserunt non esse dicendum à tali clerico, occidenda. Verum probabiliter docent Henriquez lib. 1. cap. 12. numer. 4. L. R. & Auila de cens. p. 9. punct. 6. sect. 3. dub. 2. concl. 2. & videtur meum Nauarri loco citato si attentè legatur, iuncto consilio 4. & 6. de Homicidio, posse clericum, sine irregularitatis periculo, milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidi suadeat; cum talis concursus ad homicidium directus, & valde propinquus sit. Et ita hanc sententiam docet praeterea Auilam & alios, Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 26. §. 11. n. 484. Vide etiam Duallium in 2. 2. D. Thomae tract. de Bello art. p. qui etiam obseruat, milites, siue Clericos, siue



Laicos, qui sunt in parte postrema exercitus, & qui moraliter ceteri non possunt propinquis militibus animos ad occidendum addere, non esse irregulares, quippe, cum ad occisionem & mutilationem, vt patet non cooperentur.

2. Sed si aliquis quærat, vtrum necessaria sit licentia Prælati ad existendum in exercitu absque irregularitate? Aliqui censent Ecclesiasticum exhortatorem ad pugnam licitam esse irregularem cæde sequuta; si adfuit exercitui absque licentia Prælati. Censeo tamen in eo eventu non esse irregularem, licet eius in exercitu præsentia sit peccatum contra obedientiam: quia licentia Prælati, aut carentia eius nihil pertinet ad rationem homicidij, aut defunctum lenitatis: Ergo si illa actio cum licentia non spectat ad eos defectus, nec sine illa spectabit. Et ita docet Hurtadus de charitate vol. 2. disp. 169. sect. 14. §. 135. Et tandem pro coronide huius tractatus dubitari potest, an Clerici, qui non pugnandi, sed spiritualiter adiuvandi causa, bello interfunt, spolia hostium perinde ac milites accipere possint, & retinere? Respondeo affirmatiuè, ( nisi de contraria supremi Ducis voluntate constat ) quia tales Clerici sunt exercitui utiles, imò, & pars exercitus; ideoque gaudere debent commodis belli, cuius etiam periculis sunt expositi. Et ita docet Laymann. 20. & Dicaillus n. 489.

Lorca, cui adde Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer. 19. & Bonacinam tom. 2. disput. 2. quæst. vlt. punct. vlt. §. 42. numer. 29. Clericos in Minoribus non prohiberi, quominus propria manu pugnent. Quamuis autem hinc excipi debeant beneficiati, non tamen peccati mortalis semper damnandi sunt, si eorum beneficia residentiam non postulent, & nihil obligationis, quod beneficiis eorum incumbit, negligatur: maxime si bellum contra infideles, aut hereticos institutum sit. Quod idèd assero, quia in quibusdam Germaniæ Diocæsisbus vsitatum est, vt Canonicis nondum Capitularibus, neque relictis Capitularium habentibus interim permittatur, quodcumque ipsi libitum est, etiam ad bellum proficisci. Si tamen accidat beneficiarium propria manu in bello aliquem occidere, vel mutilare; beneficium resignare debet, vel dispensationem super irregularitatem impetrare.

Sup. hoc ibidem in principio, & paulo post vers. Excipiunt & pro Beneficiariis ibidem, paulo inferius vers. Quod etiam.

Sup. hoc in tom 5. tit. 5 Ref. 42. §. 1. &c.

Sup. hoc supra in Ref. 52 in principio, & pro finem, §. 1. Vers. De Religiosis.

4. Sed quid dicendum de Religiosis Laïcis. An peccent pugnando propria manu? & videtur affirmatiuè respondendum ex c. eos qui 20. q. 3. vbi mandatur excommunicari; quod non fieret, nisi graue esset peccatum. Sed dicendum est non obinde præcisè excommunicari; sed quia apostatando à Religione se militiæ, & publicis honoribus tradiderunt: & idèd si tales pugnarent in bello propria manu, solum venialiter exilimo peccaturos, grauius tamen, quam beneficiatos Clericos.

5. Verum circa omnia supradicta non desinam apponere sententiam Duallij in 2. 2. Dini Thomæ tract. de charitate. q. 16. art. 7. vbi sic ait. Ego vero puto primùm Monachos conuersos, si professionem emiserint, non posse militiæ adscribi; debent enim se à negotiis secularibus subducere, & Deo soli, vna cum officiis, quibus sunt mancipati, vacare. Adde istud generare grauissimum scandalum, videndo eos ex vna parte vel deposuisse habitum; vel si cum non deposuerint, supraillum ense, arcubium, & reliqua alia deferre, quo fit vt eorum superior non possit cum iis hac in re, quæ tantopere est scandalosa, dispensare. Secundò etiam puto, non posse Monachos Choro mancipatos, etiam si sacris Ordinibus non sint initiati, non posse similiter sectari militiam: sunt enim deputati, ad sacerdotium, vel ad minus Altari seruiendum: idèd que Christum, quem aliquo modo representant, debent in mansuetudine imitari. Tertio dico \* Clericos in Minoribus militiæ se adscribendo non peccare per se, & ex vi Decretorum Ecclesiæ, quia de eis iura non loquuntur, minusque ius diuinum, & naturale; nec nobis licet illa iura ad personas non expressas extendere: ex accidente tamen, si \* beneficium habeant, aut habitum, atque tonsuram deferant propter scandalum, quod tunc aliis militibus causatur, potest si esse peccatum, illudque pro qualitate scandali dati, mortale, aut veniale. Ita Duallius.

Quoad hoc ex Ref. Prima post seq. lege doctrinam §. vlt.

Sup. hoc supra in Ref. 52 in principio, & pro finem, vers. Ex accidenti.

\* Sup. hoc ibidem in principio, & paulo post, vers. Excipiunt.

\* Et pro hoc vlt. Ibidem inter mediū & finè vers. Quod etiam.

RESOL. LIX.

An Clerici constituti in Minoribus, vel Beneficiati licite possint pugnare, & ita faciendo peccent mortaliter?

Et an Beneficiatus, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem super irregularitatem impetrare?

Et quid est dicendum de Religiosis laicis, & Monachis conuersis, vel choro mancipatis, an peccent pugnando propria manu?

Et an Clerici in Minoribus militiæ se adscribendo, peccent per se, & ex vi decretorum Ecclesiæ?

Et quid, si beneficium habeant, aut habitum & Tonsuram deferant, propter scandalum? Ex p. 6. tr. 6. Ref. 34.

§. 1. Circa præsentem quæstionem Molina tr. 2. de iniuria disp. 108. sub finem docet. Primò verendum esse, ne huiusmodi Clerici, si actu habeant beneficium Ecclesiasticum dicta faciendo mortaliter peccent: quia reddunt se ad officium, ad quod obligantur in idoneos. Vbi non dicit absolute eos peccare mortaliter, sed solum insinuat id esse probabile. Secundò Clericos non habentes beneficium, gaudentes tamen privilegio Clericali, vt si gestent Clericalem habitum aut ministerio Ecclesiastico deputati sint, aut in ordine ad illud de Episcopi licentia studeant, docet facientes peccare venialiter; quia faciunt aliquid suum statum dedecens, idèdque insinuat de Religiosis non constitutis in factis, quamuis putet hos grauius peccare, quam illos, venialiter tamen. Tertio docet alios Clericos seculares in minoribus constitutos non peccare dicta faciendo; quia hi habentur ex hac parte quasi Laici.

2. Lorca verò 2. 2. sect. 3. disp. 51. n. 12. putat his omnibus vi Canonum non prohiberi pugnam, atque ad eos pugnando in bello iusto non peccare, nisi forte per accidens, quatenus se exponunt periculo incurrendi irregularitatem, atque ita reddendi se inhabiles ad suum officium.

3. Verum licet sententiam Molinæ amplectatur Coninch, disp. 31. de Bello, dub. 6. num. 87. Becanus cap. 25. quæst. 25. conclus. 3. Tamen ego puto cum Tom. VII.

RESOL. LX.

An in aliquibus casibus licitum sit Clericis pugnare? Et explanantur casus, in quibus Clerici pugnantes & occidentes non sint irregulares. Ex part. 6. tract. 4. Ref. 35.

§. 1. Respondeo affirmatiuè. Primò si id necessarium sit ad defensionem propriæ vitæ: Secundò si necessarium sit ad defensionem proximi innocentis, præsertim qui Reipublicæ valde utilis aut necessarius est, teste Caietano q. 40. art. 2. Tertio si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut Ciuitatis contrainiustos inuales, argumento cap. 2. de immunit. Eccles. Quarto si necessarium sit ad consecutionem iustæ victoriæ, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reipublicæ Christianæ

Sup. hoc supra in Ref. 52. §. vlt. Nota quod, & in Ref. 56. cursum, & recitauer in fine eius §. 1. & seq.

Christianæ multum pendet. Ordinariè autem talis necessitas in bello præsertim offensivo non occurrit; cum plerumque Milites Laici adhiberi possint. Ita Maldertus in 2.2. q. 40. art. 2. Molina tom. 1. tract. 2. disp. 108. Becanus cap. 25. q. 25. conclus. 3. Layman lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 19. Castrus Palaus tom. 1. tr. 6. disp. 5. punct. 6. num. 7. Et in his casibus Clericos pugnantibus & occidentibus non esse irregulares tradit Hurt. de Mend. vol. 2. disp. 109. sect. 2. §. 139.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 93. §. 2. & in Ref. 95. & in §. 1. not. præsumptam ad lra. 12.

## RESOL. LXI.

An Clerici sine Superioris licentia; & Episcopus sine licentia Pontificis Summi in aliquo casu possint bello interesse, absque peccato?

Et an Religiosi subditi possint se conferre ad Exercitum sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab eius voluntate pendet? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 36.

Sup. conten. to in hac Ref. si que ad §. vlt. supra in Ref. 58. §. 1. per totum.

Sup. hoc ibidem.

§. 1. **R**espondeo Clericos posse bello interesse, vt subsidia spiritualia ministrant, milites confortant, & ad pugnam excitant: modò non excitent specialiter & expressè ad occisionem & mutilationem inimicorum, quia hæc officia non sunt aliena à Clericorum statu. Et Innocentius in c. dubiis, de pœnis, prohibens Sacerdotibus ne ad pugandum incitent, intelligendus est de bello iniusto. Et ita præter Layman ubi supra docet Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 5.

2. Verùm difficultas est. An in his casibus possint Clerici bello interesse sine licentia Episcopi & hic sine licentia Summi Pontificis: Et affirmatiuam sententiam aperte inuauat D. Thomas in 2.2. q. 40. art. 2. ad 2. & probari potest ex c. reprehensibile, & cap. quo casu 23. q. 8.

3. Sed ego puto cum Coninch disp. 31. de bello dub. 6. num. 90. Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 6. posse supradictos in supradictis casibus bello interesse sine licentia Episcopi, vel Pontificis: nam in citato cap. reprehensibile, reprehenduntur Episcopi, non quia ad bellum ob consolandos milites, eosque ad pugnam hortandos sine licentia profecti fuerint: sed quia ibi sicut reliqui milites pugnaverint, & quia hac occasione impediti non venerint ad Consilium, quod Summus Pontifex Romæ congregauit. Text. verò in cap. quo casu, non de perfectione ad bellum; sed ad Imperatoris Aulam loquitur, & grauitè reprehenditur à Pontifice Episcopus, qui eius mandatum contemnit ob Imperatoris iussa exequenda: præcipuè cum Canones euidenter præcipiant nullum omninò Episcoporum, qui Leuitica portione sunt contenti, nisi Summo Pontifice viso atque consulto, ad Comitatum, hoc est, ad Imperialem Aulam debere contendere.

4. Nota tamen Lorcam in 2.2. q. 40. art. 1. sect. 3. disp. 51. num. 18. alferere de iure communi hanc facultatem requiri, sed contrario vsu hos Canones fuisse abrogatos.

5. Verum ego stando in prima opinione, puto tamen Religiosos subditi non posse conferre se ad exercitum, sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab huius voluntate pendet. Et etiam si esset vera opinio, quòd Clerici non possint bello interesse sine superioris licentia: putat adhuc Lorca ubi supra & alij, sufficere virtualem & præsumptam; præsumptus verò consensus, ait Molina tom. 1. tr. 2. disp. 180. intelligi potest, quando acceditur sine detrimento proprium ouium, simulque acceditur, vel ad subueniendum proximis in spiritualibus, quia præsentia Ecclesiasticorum, qui accedunt, confert non parum ad

Quoad hoc supra in Ref. 59. lege doctrinam §. Sed quid & signanter §. Verum citat.

defensionem Ecclesiæ, propriarum ouium, vel boni communis, vel ad illius notabile augmentum. Eoque plus locum habet præsumptus consensus superioris, quando cum nihil occurrit vnde contrarium sit credendum, non est facilis ad eum accessus, vt Prælatorum ad Summum Pontificem. Præsumptus verò consensus in te proposita pro expresse haberi debet, præsertim cum ex præsentia & adiutorio in bello iusto nulla incurratur irregularitas.

## RESOL. LXII.

An Clerici modo, quo supra, licite bello assistentes, præsentia aduersariorum accipere, & retinere possint? Ex part. 6. tr. 4. Ref. 37.

§. 1. **A**d hunc casum respondet Molina de iust. tit. 1. tom. 1. tract. 2. disp. 180. hoc pendere ex expressa, vel tacita Ducis, aut Principis exercitus voluntate: & quando aliud non constat, præsumendum eam esse, vt quod dissipuerint, suum id efficiant Clerici, non secus ac si essent milites. Sunt enim viles exercitui, imò & pars exercitus, non minus quam milites, atque adeò gaudere debent commodis belli, sicut milites: præsertim cum aduersarij non minus Clericos sint hostes, quam aliorum, qui in exercitu pugnant. Quando autem constaret contrarium esse Ducis voluntatem, illi restitutio eorum bonorum esset facienda cui Princeps, aut Dux velleret. Et hæc omnia etiam docet Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. n. 10.

## RESOL. LXIII.

An Clerici assistentes bello sine licentia Pontificis teneantur restituere prædam captam, vel relictam, quod nocumentum inferunt? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 40.

§. 1. **A**d hoc dubium ita respondet Petrus Lorca in 2.2. Dini Thomæ, sect. 3. disput. 5. q. 7. Dubium est, vtrum Clerici assistentes in bello iusto sine licentia Pontificis, & etiam contra prohibitionem Ecclesiæ præstantes, teneantur restituere, si quid de spoliis accipiunt; vel relinere, quod nocumentum inferunt. Gabriel art. 3. dnb. 4. Angelus verb. Bellum, Syluester verb. Bellum 1. quest. 9. conclusio 2. & 3. quest. 4. obligant eos ad restitutionem. Sed meo iudicio decipiuntur, quoniam Clerici ita bellantes non agunt contra iustitiam, sed contra obedientiam Ecclesiæ, & decentiam status: & ideo non peccant, quatenus nocumenta inferunt, neque restituere debent. Ita Lorca, cui etiam ego libenter adhaereo.

## RESOL. LXIV.

An post victoriam Clerici inuenti in Exercitu hostium possint impune occidi, vel spoliari? Et notatur, quod si bellum iniustum esset contra Prælatum Ecclesiasticum, possint Clerici etiam post partem victoriam spoliari. Et quod in quocumque bello, dum Clerici pugnant, possint occidi, & spoliari. Ex part. 7. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 9.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Caramel in Theol. moral. lib. 2. disput. 2. artic. 1. n. 340. ubi sic ait: Pugnantibus duobus Christianorum exercitibus cohortes aliquot captæ, & in illis Ecclesiasticis

nonnulli reperti; cumque vi mera sine aliqua concordia intercepti omnes sint, singulos milites occidi posse ex dictis clarè constat; sed dubitas, an occidi possint Ecclesiastici? Ratio dubitandi est. Quia Summi illos Pontifices donarunt eximiiis privilegiis, excommunicantes quoscumque, qui in eos manus violentas imposuerint.

2. Respondeo, Ecclesiasticos vel esse Confessarios, vel Concionatores. Hos fortius eloquentia, quam Legionarios armis militate certissimum est. Vel qui dubitas, Mongallardi memineris, qui contra Henricum IV. populum tam acriter concitavit, ut qui arma non timuit, de buerit huius eloquentiam horrerem; & descendere articulis ab illo suggestis. (Cistercio Iulienis ille fuit; & male securus tub Henrico IV. ad Belgium veniens ab Alberto ad Aurenallensem Abbatiam promotus, obiit cum opinione sanctitatis.) Memineris etiam Ioannis de S. Bernardino, & aliorum Concionatorum, qui adhuc hodie turbant, & decipiunt populum in Lusitania proclamantes mendacia in veritatis sede; & asserentes secura potuisse conscientia Braganinum coronam alienam invadere. At verò puros Confessarios crudeliter à castris hostilibus arceremus; ipsi enim profunt animabus, negotiis publicis non intermixti adeoque de Confessariis maior videretur, & difficilior controuersa.

3. Dico igitur Rempublicam posse tueri suum ius, & hoc directè. Adde eam posse indirectè occidere quemcumque hominem, secularem aut Ecclesiasticum, qui consecutionem iusti finis impediatur. Subiungo malè ad Pontificum privilegia recurri; non enim ille, aut concessit, aut concedere potuit, ut Ecclesiastici invadant Rempublicam secularem impunè: nec interdixit, nec interdicere potuit iustam defensionem, aut rei propria recuperationem, quam natura concedit, ac per consequens nec expropriare auctoritate indirecà occidendi Ecclesiasticos, nata ex iure directo se, & sua defendendi. Concionatores, ut potè exhortatores, hostes esse confiteor; an & confessarii hostes sint, decernere non audeo; video tamen pistores, laniones, mercatores hostilis exercitus inimicos censeri & tamen necessarij sunt, & arma non movent: unde videretur de Confessariis pariformiter philosophandum. Huevsque Caramuel.

4. Sed ego profus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis tuetur Ioannes de la Cruz in *Direct. Conscien. par. 1. præcept. 5. art. 3. conel. 3.* vbi firmat, \*Clericos dum pugnant posse occidi, & spoliari; sed parta victoria, si non timetur periculum futurum, non posse occidi; aut spoliari, nisi pugnaverint; quia Principes extra actualem conflictum non sunt eorum Iudices. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bañes in 2. d. *Thoma quest. 40. art. 2. dub. ult.* vbi sic ait: Per accidens possunt milites accipere bona Ecclesiæ, & Clericorum, & ipsos Clericos occidere, & Ecclesias subvertere. Probatur: nam possunt milites facere in bello iusto omnia necessaria ad consequendam victoriam: poterit autem esse ad id necessarium aliquando Clericos occidere, & Ecclesias subvertere, ut diximus in primo dicto: ergo. Notandum tamen est, quòd si Clerici pugnant in actuali conflictu, possunt expoliari, & occidi, tunc enim ex Clericis facti sunt hostes: parta tamen victoria non liceret Clericos occidere, aut expoliare, quia Princeps non est Iudex Clericorum extra conflictum actuale. Ita Bañes, cui adde doctum, & amicissimum Caudium tom. 1. *disquis. 17. artic. 8. dub. 2.* Vbi tamen notat, quòd si bellum iustum esset contra Prælatum Ecclesiasticum possent Clerici etiam post partam victoriam expoliari in penam Præsidis Ecclesiastici, cui Clerici fiat subiecti: non

Tom. VII.

est igitur absolute à negatiua sententia recedendum; & præsertim contra Caramuelem tenenda est in ordine ad Confessarios. Et hanc sententiam fatetur ipsemet obseruari ab Hispanis, & Gallis.

### RESOL. LXV.

*De Potestate, & Iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij Generalis exercituum.*

*Et in textu huius Resolutionis explanatur, quando Milites gaudeant prædicta iurisdictione Vicarij Generalis Exercitus in vtroque foro & quando subsint ordinaria iurisdictioni Episcopali.*

*Et adducitur pulchrum, & curiosum dubium in §. ultimo huius Resolutionis pro gaudente Immunitate Ecclesiæ, à quodam Milite in Exercitu, qui ad Ecclesiam, vel altare portatile Exercitus confugerat pro quodam delicto, & Generalis Dux Castrum in alium locum diuertit insit, ut ita rem capere, & plectere posset. Sed vir doctus Societatis Iesu Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia exercens iradidit reo Aram Altaris, admonens ne eam à se remouere permitteret, donec in alio loco Altare poneretur, & sic factum est, & Dux Generalis exercitus non est ausus capere rem, & potest Ecclesiæ Immunitate gaudentem, eo quòd secum Aram deferret.*

*Et cursum deducitur Vicarium Generalem Exercitus esse iudicem, quando Miles deberet gaudere Immunitate Ecclesiæ, si confugerit ad tentorium, in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castrum. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Ref. 15.*

§. 1. **F**orsitan apud nullum Auctorem hanc materiam inuenies pertractatam, & quia in manus meas peruenit quadam Allegatio impressa Matrui die 20. Maij 1644. & composita ab octo doctissimis iuriconsultis; apponam hic aliqua, quæ ab ipsa decerpsi. Sic itaque ibi asseritur. *Ninguna cosa haize mas fuerca en la materia y haze reconocer que asentada es la iurisdictione omnimoda del Vicario general de los Exercitos reales que no haize mencion especifica, ni controuersia judicial en los Autores deste officio, y exercicio à el competente, inç gaudolo todo por asentado, y sin dependencia de los Ordinarios, ni pudiera subsistir si fuera pendiente dellos: pues es constante, que siguiendo el Exercito, cada dia hania de entrar en nueva iurisdictione Episcopali, y no bastara ni el nombramiento deste Obispo, ni obrara el per iuzio del otro, y assi es preciso confessar que este officio de Vicario general del Exercito es iuez ordinario por Bulas Apostolicas de su Santidad inmediatamente de baxo de su iurisdictione, sin que otro pueda ser su iuez, ni impedirle la iurisdictione, que exerce en los Capellanos del Exercito ni en toda la iurisdictione spiritual concerniente lo que es preciso que se obre mientras exerce este officio y ay Exercito, y guerra declarada, y que este officio es del Patronaz goreal, que toca, y pertenece à su Magestad la proteccion, y amparo, y defensa desta iurisdictione, y que en su virtud pudo el Vicario general del exercito de Badajoz fulminar las censuras en defensa de su iurisdictione, y de los Capellanos del Exercito subditos suyos, vt ex sequentibus plus quam liquido constabit.*

2. Lo segundo tenemos por constante, que su Magestad, que Dios guarde, como los demas Principes de la Christianidad tiene Bula de su Santidad para elegir, y nombrar Vicarios generales de todos sus Exercitos con iurisdictione ordinaria sin dependencia de los Obispos, y ordinarios en orden à que sea iuez de los Capellanos, y Confessores de los Exercitos, administrador del Hospital dellos

Nu 3 que

que los vistre, que les de licencias para confesar, que asista a los matrimonios, que celebrare a los soldados, que les administre los Sacramentos, sentencie los pleitos, castigue los excesos, cuyo oficio es tan necesario en un Exército Catholico que sin el no es posible erigirse, mantenerse, machar, ni subsistir: en cuya virtud hallamos, que esta observado esto en todos los Exercitos Ancianos, de que nos dan noticia las historias: cuya costumbre immemorial asegura el intento porque de los dos derechos por donde se rige toda esta maquina universal del mundo, por donde los prudentes, y Magistrados, y iuezes de nuestros tiempos deciden las controuersias, pleitos, y contiendas, que contenciosamente en sus tribunales ocurren que son la costumbre, y la ley escrita, no es menos poderosa a quella que esta: antes si bien se atiende mucho mas eficaz, mas fuerte, y perpetua, siendo assi que la costumbre es ley aprouada por las Republicas vniuersales.

3. Y lo que mas es que assiendiendo al Vicario general del Exército, esta costumbre immemorial sola ella es bastante sin que sea necesario alegar ni prouar titulo alguno, porque alegandose, y verificandose possession de tiempo immemorial, virtualiter & implicitè, taciteque intelligitur allegatus, & probatus titulus resultans ex possessione tanti temporis iuxta doctrinam Glosæ communiter recepta d. verb. Non stat memoria in dict. cap. super quibusdam §. praterca de verborum significat. Covarr. in regula possessor. 2. par. §. 5. numer. 7. Gutierrez d. quest. 17. numer. 142. Garcia de nobilit. de gloss. 12. numer. 56.

4. Y no como quiera el titulo, que se induze por dicha costumbre, sino que es el mas eficaz, y el de mejor calidad que se puede imaginar, y constituir, vt eleganter Menchaca, lib. 2. conr. illustr. cap. 81. numer. 17. dicens. Tempus cuius initij memoria non extat facere verum omne possibile, facereque vt videantur interuenisse omnia quæ oportere, quibusque opus esset ad perficiendam prescriptionem, vel tale ius inducendum in cap. 1. de prescriptionib. lib. 6. La qual opinion como cierta, llana, y infalible figuran Gonzalez, ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. numer. 45. & gloss. 33. numer. 4. Gratian. dist. discept. 300. numer. 2. Garcia de nobilit. d. gloss. 12. numer. 58. Rota decis. 4. de testib. numer. 2. in antiquis, & in nouissimis Sacri Palatii, 1. par. decis. 717. numer. 2. Hieronym. Gabriel. conf. 88. numer. 17. cum segg.

5. Y se equipara esta possession immemorial a la mesma verdad; pacto, titulo y concession expresa, y obra lo mesmo que el titulo original, y el mas eficaz, que se puede imaginar: contra quien no se puede imaginar, contra quien no se puede alegar cosa en contrario, es un titulo en blanco firmado de su Santidad, donde se puede asegurar todo quanto es necesario por obtener en el caso presente, vt cum multis tenet Domin. Ioann. del Castill. lib. 7. de tertius, cap. 28. n. 7. Hæc ibi. Et ad confirmationem supradictæ doctrinæ multa alia adducuntur. Qua consuetudine immemorabili supposita huic sententiæ se subscripserunt manu propria omnes professores legum, & canonum in clera Academia Salmanticensis & inter illos sapientissimus & amantissimus Dominus meus D. Franciscus Ramos nunc merito in supremo Castellæ consilio Senator dignissimus, cuius forma hæc continebat. La dificultad unica desto punto en mi conocimiento consiste en dar por asentado, y verificado en forma bastante el echo de la costumbre, y possession immemorial, en que se alla el Vicario general de los Exercitos en lo Ecclesiastico de exercer iurisdiccion quasi Episcopala in mediata a su Santi-

dad en las materias espirituales Ecclesiasticas que se ofrecen en un exercito. Pero supuesto el hecho de esta costumbre, y possession immemorial tengo por muy llano, corriente el derecho de la iurisdiccion quasi Episcopala del Vicario por el fundamento, de que la immemorial induce presumpcion legal de titulo suficiente, y equiual en este caso a privilegio, y concession Apostolica, como docta, y dilatadamente en esta informacion se discute, con que me conformo, y no dudo, de que supuesto el hecho de la costumbre, y possession referida, los procedimientos del Vicario han sido iuridicos, assi lo firmo, y lo firmo, saluo, &c. Salamanca y April. 22. 1644. El Doctor Francisco Ramos del Manzanar.

6. Nota verò quod post hæc scripta inuenti Franciscum Ziparum aliquo de Vicario Exercitus doctore in Consul. can. tom. 1. lib. 4. tit. de spons. & matrim. consult. 14. vbi citat Lanoyum a Mabit in exercitatione de Parochia militari, quam quidem videre non potui; & in iure Pontificio nos, lib. 1. tit. de officio Ordinarij num. 4. idem Ziparum hæc asserit. Et ex eadem causa Pontifex Max. tam per Breue destinatum Archiepiscopo Cameracensi Barlemonio, quam postea aliud anno 1597. 20. Februarij destinatum Archiepiscopo Mecliniensi Matthiæ Houio (per quæ respectiue eisdem Archiepiscopos constituit delegatos Apostolicos in Belgio pro exercitu Regio) ita eam iurisdictionem delegatam temperat, vt & necessitati exercitus subueniat, quia, inquit, non faciliè ad locorum ordinarios, aut ad Sedem Apostolicam recurus haberi possit, & nihilominus Ordinariorum auctoritatem intactam seruet. Illud quidem peragit dando facultatem ad dictæ Sedis beneplacitum, & quoad bellum hoc durauerit per se, vel alios si delegatos omnem, & quæcumque iurisdictionem Ecclesiasticam in vtroque foro extendi: hoc verò dum eam fringit, vt non comprehendat eos, qui sunt in propria Diocesi, sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam in eos exercere possint, vnde ad vniuersum difficultates anno 1595 die 23. Ian. inter deputatos Illustissimi Domini Barlemonij, & Vicarios Archiepiscopos Mecliniensis pacti, & conuenti sunt in articulo.

7. Primum, quod personas Gubernatoris Generalis omnium domesticorum ipsius vtriusque tenus, & eorum, qui sunt de eiusdem Gubernatoris custodia tam tempore pacis, quam belli vulgariter halabardiers, & archiers nuncupati sunt subiecti Ordinario loci, vbi habent suum domicilium, sed simul atque egrediuntur dictum ordinarium domicilium, vt accedant ad Exerctum regium, censentur esse subditi Delegato Apostolico.

8. Similiter omnes nobiles, & alij inferiores qui cessante Exerctu habent suos Ordinarios in his partibus, quando substitunt iis in locis, vbi est fixum ipsorum domicilium, censentur subditi eorumdem locorum Ordinariis, etsi alioquin habeant officia, & stipendia ratione dicti Exerctus. Qui verò non habent in hisce partibus suos Ordinarios, & causa sequente habentque officia aut stipendia regia ratione eiusdem Exerctus, ij censentur, quamdiu Exerctus consistit subditi dicto Delegato Apostolico.

9. Antiqua etiam præsidia, quæ erant ante Exerctum, ratione cuius emanauit illud Breue Apostolicum quæque manere, & foueri solent sumptibus Regis, etiam tempore pacis spectant ad Ordinarios locorum etiam alia præsidia, quamuis si subita maneat Delegato Apostolico, tamen fauore Ecclesiasticæ discipline in animaduersione delinquentium erit prætorum locorum.

10. Personæ autem Sacrae & ceteræ, & ad Exer-

citum spectantes, si de exercitu sese ad tempus negotiorum causa ad Vrbes, aut alia loca extra Exercitum recipiant, inane in omnibus subiecti Delegato Apostolico. Quae tamen omnia supradicta sic intelligenda sunt, vt Parochis liberum sit administrare Sacramenta, & sepulcras omnibus diuerentibus ad suas Parochias, & in eis morientibus salus iuribus, iudicialia vero exercentur per Superiores respectiue eorum, de quibus praescriptum est in praecedentibus articulis.

11. An autem ob praesentes inducias bellum amplius durare non censeatur, & recursus ad Ordinariorum locorum non esse difficile vtpote cum non in acie, sed in continuis praesidiis milites versentur ac ea propter locus sit cap. 20. sess. 14. Concilium Tridentinum nolim disputare, nec modo opus. Cum Urbanus VIII. renouarit; finitum non fuisse bellum, sed suspensum satis diximus in Indice lib. 4. cap. 21. difficultas recursus minuta erat desinente ambulare Exercitu, & ferè locus tantum erat iis, quae contenta de praesidiis, in quae iam omnis miles erat remissus, & ferè permanent. Minuta inquam non omnino sublata, si que de causis nec delegatio desierat, & remissente pudem bello antiquum obtinet. Huc usque Zypreus loco citato, & vide etiam ipsum in alio loco consultationum ubi supra, lib. 1. tit. de Officio ordin. consult. 1. per totam.


Sed ego seclusa Pontificia delegatione in hac difficultate de meo nihil asserere volo per ea, quae notat Layman, lib. 5. tractat. 6. cap. 10. numer. 5. & alij.

12. Obiter Doctores subscripti in allegatione Hispana superius adducta secundum eorum principium asserent Vicarium Generalem Exercitus esse

Iudicem, quando miles deberet gaudere immunitate si confugeret ad Tentorium in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castris, & ita in praxi obseruasse testatus est mihi his diebus Episcopus Gaete, dum erat Vicarius Generalis Exercitus.

13. Et tandem non desinam hic apponere casum curiosum, quem inuenies apud Quintanaduenam in Theol. Mor. tom. 1. tract. 4. Singul. ult. num. 7. vbi sic habetur, Cum in Castris miles quidam scelus morte dignum perpetrasset, configit ad Ecclesiam, seu Altare portatile pro Missa celebranda in Castro positum. Militum generalis Gubernator volens eum ab ista Ecclesia seu Altari extrahere, vt debitum mortis supplicium inferret territus est excommunicationis poena lata à quodam viro docto Societatis nostrae Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia, gerenti, si reum ab Ecclesia, seu Altari illo extraheret. At Generalis Dux ne in excommunicationem incideret, & mortis poena reum plectere posset, Castra in alium locum diuertit iussit, vt diuulso Altari reum caperet, ac puniret. Sed Societatis Iesu doctissimus vir Ducis Generalis animum penetrans, tradit reo aram, vt quae est Ecclesiae praecipuum insigne, & immunitatis, qua Ecclesia gaudet ratio praecipua, admonens ne eam à se remoueri permitteret, donec in alio loco Altare poneretur. Sic factum est, & Dux Generalis non est ausus capere Reum, vtpote Ecclesiae immunitate gaudentem eo quod secum Aram deferret. Hac de re ipsemet ex nostra Societate, qui hunc nouum immunitatis modum inuenit: consuluit doctissimum Suarium, qui ei respondit rectè egisse, probabilique esse valde, Reum illum, eo quod Aram secum adportaret immunitate gaudere, & puniri non posse. Ita ille & ego.


In indice primo huius Tom. 7. vide Apendicem ad hunc Tract. 7. ubi reperies alias multas quaestiones, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quae simul pertinent ad hunc Tract. 7. de Bello.



# TRACTATUS OCTAVVS DE SERVIS, SEV MANCIPIIS.

## RESOLVTIO PRIMA.

Quo iure seruitus sit introducta? Ex parte 7. tractatu 7. Resol. 1.

5. 1. ESPONDEO quoddam seruitus naturae contraria, iure gentium induta est, iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur, vt loquitur Iustinianus hic in §. 2. ad finem, & Vlpianus in l. manumiss. 4. ff. de iust. & iur. Sed dubitari posset, qui fieret, quoddam Imperator hic, post Iurisconsultum, asserat, seruitutem iuri naturali contrariam esse, iureque naturali omnes homines liberos nasci: cum non contemendae auctoritatis Philosophi, seruitutem iure naturali constitutam esse grauisimis rationibus doceant; Nam diuini ingenij Viri Pla-

to Dialog. 3. de legib. scribit: primam dignitatis rectam rationem esse, vt genitores natis impendant: secundam vt ignobilibus generosi: tertiam, vt iunioribus seniores: quartam, vt domini seruis: quintam, vt potentioribus imbecilliores seruiant: sextam, & quidem omnium maximam esse, qua secundum naturam ignorantes sequi iubentur, prudentes autem ducere, ac dominari. Idem refert Ioannes Stobaeus sermone 42. ante finem pagin. mihi 295. Similiter Aristoteles lib. 1. Polit. capite 3. & 4. asseruat: seruitutem à natura oriri: seruisque instrumenta esse quaedam animata: & animum corpori imperare, hoc autem seruire: & in sexibus sceminam masculo subesse: minusque sapientes natura ipsa seruos esse, & sapientioribus subditos, vt ab iis regantur. Idem libro Politicorum 7. capite 14. affirmat esse natura ipsa seruitutem iuuenis ad senem. Sed & Marcus Cicero in 5. Paradox. inquit: omnes prudentes esse liberos; insipientes